Edit. I pag. 858

GERLACVS.

I

QVo anno mortuus est Henricus, eo tanta fuit in æstate siccitas, vt *Rhenum*, tam Moguntiæ, quam in vicinia, *transire posset* pedibus *puer decennis*, vt ait *MSL.* & Gerlacus tandem, anno confirmationis suæ VIII, pacifice solus Archiepiscopatum tenuit deinceps annos XVII, licet semper antea *maiorem haberet*, vt ait in anno MCCCLIII *Trithemius*, *obedientiam, pluresque ciuitates, oppida & castella, maximeque in Thuringia Erfordiam, & in Hassia omnes. hi enim statim promptissime Apostolicis mandatis obedierunt.*

1) Gerlacus genus traxit a Comitibus Nassouiis; patre natus *Gerlaco*, *Adolfi* Cæsaris & *Imaginæ* Limpurgensis filio; quatuor Comitum Nassouiorum frater.

Dictis lucem affundet schematis *Nassouiorum* genearchici, quam hic do, particula.

* * * *
* *

2) Hen-

Walr[illegible] *Gerlacus*,
Comes [illegible] Dynasta Limpurgensis.
a) vx. *Alheidis*, Come[illegible]

a) ADO[illegible] *b*) *Agnes*,
Comes Na[illegible]. *Domini* de *VVesterburg*.
el. Imperator an. 1[illegible]

* *v. annot. ad* Pareum *p.* 195 & 614.

1 2

† *N.* filia, f) *Ado*[illegible] f) *Rupertus*,
vxor *Cratonis* g) accepit in partitionem Satrapa Ameneburgens. 1380.
de *Hohenloe*. *Idstein VVisba*[illegible]ua *Iudex prouincialis VVetteraniæ*
vx. *Margar*[illegible] occur. 1384, 1385.
fil. *Friderici* Burgg[illegible] ** vx. *Anna*,
occurrit an. 1365, 1382.

† *Adelheidis*, ADOLFVS, IO[illegible]
vx. *Guntheri*, Comit. *Archiep. Mog. Ar*[illegible]
de Schwarzburg.

a) Auctor *historiæ Australis* ad an. 125[illegible], *dass* Ruformi *consilio & consensu* Adolfum *vnd sol sein Comitis* Eberhardi *de* Catzenellebo[illegible]*s geben* — *in Regem Romanorum.* Communi [illegible]*flicher gulde* rum hodiernorum genealogicorun[illegible]*e aber* Craft fuit *Dietheri* Com. Catimelibocen[illegible]*bens erben*,

b) Imagina *von Gots gnaden Königin* [illegible] *das mocht tinne etvvan* Adolfs, *Romisch. Ko*[illegible]*en gut vnd* lach, *Greve zu Nassavv, vnser* [illegible]*sabbato post kennen, dass vvir mit vvillen v*[illegible]lf, Iohann, *des Edlen Mans* Iohansen, *Herre* [illegible] *Graven zu* vnsers Bruders, *vnd der Edlen Fr*[illegible] *von* Westerburg, *vnser lieben Sv*[illegible]*ve zu Nastum VVeilburg des Freitags vor S.* [illegible]*n abgienge*,

c) In litteris *Ruperti* iunioris, Comitis [illegible]*ve zu Nas*num. *Textori* chron. Nassov. cap. 7[illegible]*ta Gerlacus* que satis functus dicitur an. 1361. [illegible]*natis.*

d) Testimonii loco est epitaphium, illi[illegible] *vnser vvill* habet *Fridericus VVeberus* in mscr.[illegible]*u Nassavv*, ad *Textoris* chron. modo dictum, [illegible]*VVirtin ge*-*MCCCXXXII in octava Epiphan. ob*[illegible] *die von* Agnes, *coniux Nobilissimi Domini* [illegible] *tis* de *Nassau.* Sepulta autem est [illegible] *dem Edlen*, *Clara vallis (Clarenthal)* ditionis [illegible]*en zu Nas*plerisque *Othonis*, Hassiæ Landgrau[illegible] — *vvie*

e) Hanc scriptores genealogici, quod sc[illegible]*en Bruder*, bent. Eam tamen a *Gerlaco* post o[illegible]*en vvas* &c. penatibus inductam patet ex *Gerlaci* litteris an. 1347 datis; quæ quantu[illegible] patrimonio ita habent: *VVir Gerlach* — *gelo*[illegible]lie Cathari-*gebornen Fravven*, Irmengard, *vn*[illegible]*sten, dass ster* »vnd Stiefmutter», *vnd iren* [illegible]ilburg — *izunt mit vnserm Vadir hat, vnd* [illegible] *vnd* Clenen *mag* &c. Dum in *Gerlaci* viue[illegible] Edichstein an. 1340 redemit castrum *Cleeberg* [illegible]*bogen, den Cunone*, & *Ioanne* de *Falckenstein*, qu[illegible]

h) *Dass vvir dem* — Iohansen, *Graven zu Nassavv, Heren zu Merenberg, vnserm lieben Bruder, befolen han* — *vnser Phlege, Vices, Administracien* — *vnd zum obristen Amtman in dem land zu Hessen, vnd zu Thüringen, vnd vff dem Eichsfeld* — Ita *Gerlacus* Archiep. in litteris datis *Arnspurg, feria sexta ante Dominicam* Vocem Iucunditatis, 1354. Et rursum iisdem verbis 1367, *feria quarta post Francisci.*

i) *VVir* Iohanna *von* Sarbrucken, *Grevinne zu Nassaue, Frau zu Merenberg* — *vnser Here* Iohann *selige, Grav zu Nassaue* — Philips, *vnser vnmundiger Sohn* &c. 1372, 1373.

k) *VVir* Adolf *E. z. M. vnd vvir* Ruprecht, *Grave zu Nassavve, bekennen* — *dass vvir die Edlen, vnser liebe Nistel,* Schonette *von* Nassaue, *Grav* Iohann *seligen von Nassaue, vnsers Vettern vnd Bruders tochter, zu einem elichen vvybe byzulegen vnd zu geben dem Edlen* Henrich, Herren *zu* Homburg, *vf den nehsten Donnerstag nach S. Iohans tag* — *Datum feria* 4 *post diem Bonifacii* 1384.

Ich Schonette *von* Nassavve, *von Gots gnad* Hertzogin *von* Brunsvvig, *bekenne*; *Als die Hochgeborne Fursten, Herr* Friderich, Erich, *vnd* Her Otte, »*vnser lieber Husvvirt*», *alle Hertzogen von Brunsvvig* &c. 1420, *an vnser lieben Frauen tag, so sie geboren vvar.*

VVir Conrad *E. z. M.* — *als vvir ein dritheil des Slos Hirzberg, nach vsvvisung der brieve, die vvir von den Hochgebornen Fursten,* Friderich, Erich, *vnd* Otten, Hertzogen *zu* Brunswig, *darüber* — *han, vnd die VVolgeborne* Schonetta *von* Nassauvve, Hertzogin *zu* Brunswig, *des vorgenanten Hertzog* »Otten *eliche Husfravv*» — *daruf bevviset vnd bevvedempt ist* &c. 1420.

ad p. 666

Walramus,
Comes Nassouiæ,
2) vx. *Alheidis*, Comes Catimelibocensis.

Gerlacus,
Dynasta Limpurgensis.

a) ADOLFVS, . . . *Coninges*
Comes Nassouiæ,
el. Imperator an. 1292. † an. 1298.

. . . . b) IMAGINA

b) *Ioannes*

b) *Agnes*,
vxor N. *Domini de VVesterburg.*

b) *Gerlacus*,
occur. adhuc an. 1357. c)
2) vxor *Agnes*,
† 1332. d)
2) *Irmengardis*. c)

Rupertus,

* *Mechtildis*,
vx. *Rudolfi* Elect. Palatini.
d. 1294, vixit adhuc an. 1323.*

* v. annot. ad Parcum p. 195 & 614.

1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2

† *N.* filia,
vxor *Cratonis de Hohenloe.*

f) *Adolfus*,
g) accepit in partitione patrimonii.
Idstein VViesbaden &c.
vx. *Margareta*,
fil. *Friderici* Burggrauii Norimb.

f) *Ioannes*,
g) accepit in partitione patrimonii,
VVeilburg, VVilnar &c.
h) supremus Præfectus Eschsfeldiæ &c.
vx. 1) *N.*
heres Dynastiarum Merberg & Gleiberg.
2) *Iohanna*, i)
Ioannis, vltimi Comitis Sarapont. f. & heres.

GERLACVS,
Archiepiscopus Moguntinus.

f) *Crato*,
* occurrit adhuc
an. 1361.

f) *Rupertus*,
factus Satrapa Amenneburgens. 1380.
qui *Index provincialis VVesteranie*
occur. 1384. 1385.
** vx. *Anna*,
occurrit an. 1365, 1382.

† *Adelheidis*,
vx. *Guntheri*, Comit.
de Schwarzburg.

ADOLFVS, IOANNES, *Walramus. Gerlacus.*
Archiep. Mog. *Archiep. Mog.*

i) *Philippus.*

k) *Schönetta*,
vx. *Henrici*, Domini *de* Homburg,
& postea *Ottonis*, Ducis Brunsuicensis.

a) Auctor *historiæ Austrialis* ad an. 1292 p. 481; *Vniformi consilio & consensu* Adolfum, *filium sororis Comitis* Eberhardi *de* Catzenellebogen, *elegerunt in Regem Romanorum.* Communi alioquin scriptorum hodiernorum genealogicorum consensu filia huic *Dieteri* Com. Catimelibocensis.

b) Imagina *von Gots gnaden Kongin, eliche VVirvinne ertvan* Adolfi, *Romisch. Kunigs*, und Gerlach, *Greve zu Nassavv, vnser eldeste Sun, bekennen, dass vvir mit vvillen und verhengnisse des Edlen Mans* Iohansen, *Herren zu Limpurg*, vnsers Bruders, *und der Edlen Frawen* Agneſen *von* Welterburg, *vnser lieben Swesser* &c. *Datum VVeilburg des Freitags vor S. Thomas*, 1305.

c) In litteris *Ruperti* iunioris, Comitis Palatini ad Rhenum. *Textori* chron. Nassov. cap. 7 p. m. 77, aliisque satis functus dicitur an. 1361.

d) Testimonii loco est epitaphium, illi positum, quod habet *Fridericus VVeberus* in mscr. adnotationibus ad *Textoris* chron. modo dictum, p. 81; *Anno MCCCXXXII in octava Epiphan. obiit Serenissima Agnes, coniux Nobilissimi Domini* Gerlaci, *Comitis* de *Nassau.* Sepulta autem est in monasterio *Clara vallis (Clarenthal)* dioceseos Idsteinensis. A plerisque *Orbonis*, Hassiæ Landgrauii, filia dicitur.

e) Hanc scriptores genealogici, quod sciam, non habent. Eam tamen a *Gerlaco* post obitum Agnetis penatibus inductam patet ex *Gerlaci* Archiepiscopi literis an. 1347 datis; quæ quantum hac faciunt, ita habent: *VVir Gerlach — gelobin der Hochgebornen Frawen*, Irmengard, *vnser lieben Sustir* »vnd Stiefmutter», *und iren Erben, die sie iczunt mit vnserm Vadir hat, und noch gevvinnen mag* &c. Dum in *Gerlaci* viuebat coniugio, an. 1340 redemit castrum *Cleeberg*, ab *Philippo*, *Comite*, & *Ioanne* de *Falckenstein*, quibus id *VVal-*

ramus Comes Nassouius pro parte sua pignori opposuerat, indice, quæ etiamnum superat, apochæ. Qua gente oriunda fuerit, mihi nondum liquet. *VVeberus* l. d. vult, domo tuisse *Hohenleicam*; quod tamen aliis ob titulum *Hochgeborn*, quem ei priuignus l. d. dat, haud adeo verisimile fit.

* *Sero Alcahensis* ad annum 1295 p. 576; *Reliquit* (Ludouicus) *duos filios; quorum primogenitus, videlicet Dominus* Rudolfus, *duxit in vxorem filiam* Adolfi *Regis*, Mechtilden *de* Nassow *nomine.*

† *VVir* Gerlach, *E. z. M. — bekennen, als der Edel* Crafft *von* Hohenloch, *vnser Svvager* &c. 1362 *in die inventionis S. Stephani.*

VVir Gerlach *E. z. M. — thun kund, dass der Edel* Günther, Graue *zu* Schwarzburg, Her *zu* Waschenberg, *vnser lieber Svvager — hat vns gesagt, vvie dass er* Alheiden *von* Hohenloch, *vnser Svvester Dochter, sin elichen Frawen, mit verbengnisse Grav* Iohann, *sins Bruders, zu rechter morgengabe geben habe zvvölf tusent gulden von Florenze — Datum ipso die Iacobi* 1357.

(f *VVir* Gerlach *E. z. M. —* Ruprecht *Pfallentzgreve bi Rin — und vvir* Gerlach *Grave zu Nassavve inn kund, dass* Adolf *und* Iohann *vff einen teil*, Crafft *und* Ruprecht, *Gebrudere, Graven zu Nassavve, off die ander site, an vns bliben sins einer teilung, muschar, und scheidunge ires vaterlichen erbs — auch sollen* Crafft *und* Ruprecht *die vorgen. gutere haben, sunder allerley schuld, die ihr Vater* Gerlach, Adolf *und* Iohann, *sine Sune, Graven zu Nassavv, ihre Brudere, furher gemacht hant, und schuldig sin, und sollen des gesundert sin und geschieden von den egen. iren Brudern, und sollen* Adolf *und* Iohann *nimmer angefordern keinerley theilung oder erbe, die ihr Vater ihnen gelassen hat, und vnbeschossen mogen in keinerley vveise* &c. *Mehr ist gered, dass* Ruprecht *vorgen. ein Pfaff leihen sal, und sal sein Bruder yme alle iar 300 phunt geldis geben — als lange bis* Ruprecht *gevvinne an Pfaffscher gulde 600 phunt geldis oder me. — Ginge aber Crafft ahe von todis vvegen — ane libs lehens erben, vvolte dan* Ruprecht *Leit verliehen, das mochte er thun, und sollen die vorgeschriben gut und gulde yme verliehen. Aschaffenburg, sabbato post Petri & Pauli* 1355. *Vid vvie* Adolf, Iohann, Crafft, *und* Ruprecht, *gebrudere, Graven zu Nassavve* &c.

* *VVere es, dass der — Iohann, Grave zu Nassavv, vnser Bruder, von todis vvegen abginge, so sollen vvir dem Edlen* Crafte, *Greve zu Nassavve, vnserm lieben Bruder* &c. in *Gerlaci Archiepiscopus in litteris an.* 1361 *signatis.*

** Gerlach *E. z. M. — bekennen, dass vnser vvill ist — dass der Edel* Ruprecht *Grav zu Nassavv, vnser lieber Bruder, N. sin elichen VVirtin gevvidemet hat mit Stauveburg der Burg — die von vns zu lehen ruhret* &c. 1365.

Adolf *E. z. M. — als vvir schuldig sin dem Edlen, vnserm lieben Vetter* Ruprecht, *Graven zu Nassaue*, Annen, *seiner elichen VVirtine — vvie ihnen das von dem Edlen, vnserm lieben Bruder,* Walram *Graven zu Nassaue verschrieben vvas* &c. 1382.

g) Sic enim in litteris *Gerlaci* Archiep. de patrimonio inter eos diuiso datis Eltvillæ 1355 in die Catharinæ Virginis; *Des sprechen vvir zum ersten, dass* Iohann, *vnser Bruder, sol behalten* Wilnaure, Frienich, Geebenhusen *und* Cleberg &c. *Dagegen sol* Adolf *behalten* Edichstein (*Idstein* vulgo) Wisebaden, Catzenelnbogen, *den* Nuenhof, *und* Wernborn &c.

h) *Dass vvir dem — Iohansen, Graven zu Nassavv, Heren zu Merenberg, vnserm lieben Brudir, befolen han — vnser Phlege, Vices, Administracien — und zum obristen Amtman in dem land zu Hessen, und zu Duringen, und vff dem Eichsfeld —* Ita *Gerlaeus* Archiep. in litteris datis *Arnspurg, feria sexta ante Dominicam* Vocem Iucunditatis, 1354. Et rursum iisdem verbis 1367, *feria quarta post Francisci.*

i) *VVir* Iohanna *von* Sarbrucken, *Grevinne zu Nassaue, Frau zu Merenberg — vnser Herr* Iohann *selige, Grav zu Nassaue —* Philips, *vnser vnmundiger Sohn* &c. 1372, 1373.

k) *VVir* Adolf *E. z. M. und vvir* Ruprecht, *Grave zu Nassavve, bekennen — dass vvir die Edlen, vnser liebe Nistel,* Schonette *von* Nassaue, *Grav* Iohann *seligen von Nassaue, vnsers Vetern und Bruders tochter, zu einem elichen vvybe bynamen und zu geben dem Edlen* Henrich, Herren *zu* Homburg, *vf den nehsten Donnerstag nach S. Iohans tag — Datum feria 4 post diem Bonifacii* 1384.

Ich Schonette *von* Nassavve, *von Gots gnad* Hertzogin *von* Brunswig, *bekenne; Als die Hochgeborne Fursten, Herr* Federich, Erich, *und Herr* Otte, »*vnser lieber Husvviret*», *alle Hertzogen von Brunsvvig* &c. 1420, *an vnser lieben Frauen tag, so sie geboren vvar.*

VVir Conrad *E. z. M. — als vvir ein dritteil des Slos Hirzberg, nach vvisvvisung der brieve, die vvir von den Hochgebornen Fursten*, Friderich, Erich, *und* Otten, Hertzogen *zu* Brunswig, *darober — han, und die VVolgeborne* Schonetta *von* Nassavve, Hertzogin *zu* Brunswig, *des vorgenanten Hertzog* »Otten *eliche Husfrave*» — *darvf bevvisen und bevvedumpt ist* &c. 1420.

Iuuenis adhuc fit Archiepiscop.

2) Henrici in locum a Pontifice Romano Moguntinis datus, *adolescens* fuit, vt *Rebdorfensis* loquitur p. 629, iuuenis vix dum vicesimum agens ætatis annum, quod *Albertus Argentinensis* p. 135 testatur; & tamen, quod vix credideris, *Trithemius* vero prodidit, Collegii metropolitani iam Decanus. Dabo vtriusque verba. *Argentinas* l. d. *Illis etiam temporibus Papa Clemens H. de Virnenberg Archiepiscopum Moguntinensem deposuit, Gerlacum, filium Gerlaci Comitis de Nassavve, nepotem quondam Adolfi Regis, circa vigesimum annum agentem, in Archiepiscopum promouendo. Trithemius* vero chron. Hirsaug. ad an. MCCCXLVI p. 198; *Verum, ne post Henrici depositionem Moguntina videretur diutius vacare insignis ecclesia, idem Papa Clemens Archiepiscopatum contulit Decano eiusdem ecclesiæ maioris, Gerlaco, filio Gerlaci Comitis de Nassovve, viri diuitis atque potentis, per cuius assistentiam partes Henrici sperabat infirmandas ac penitus conterendas.* Et quidem, vt id addam, in Decani dignitate successit *Ioanni* de *Constantia*, dicto *Vnderschopf*, anno MCCCXLV. Vid. *Syllabi plenioris* sectio II p. 301.

Carolum IV Cæsarem eligit.

3) Eodem vero, quo sedi Moguntinæ destinatus fuit, anno Carolum IV, mense Iulio, circa festum Margaretæ, Renfii Cæsarem elegit. *Gesta Balduini* lib. III cap. VIII; *Sequenti anno millesimo trecentesimo quadragesimo sexto —— Principes Electores, videlicet Baldeuinus Treuerensis, VValramus de Iuliacho Colonienſis, Gerlacus de Nassauga Moguntinensis, Dux Saxoniæ, & Ioannes Rex Bohemiæ, aliis vocandis vocatis, non tamen comparentibus, dictam depositionem ratificantes, auditis Procerum regni sententiis in Rense diffinientibus, quod prædictis sic se habentibus eos ad electionem Regis fore processuros. Qui vnanimiter vota sua in Dominum Carolum, Iohannis Regis Bohemiæ primogenitum direxerunt, & inuocato Spiritus S. adiutorio in Romanorum Regem, anno prædicto, tertio post Kiliani, XI die Iulii concorditer elegerunt.* Vid. etiam *Albertus Argentinensis* p. 135, *Rebdorfensis* ad h. a. p. 626, *Trithemius* l. d. ad h. a.

coronationi eius interest.

4) Electum mense Nouembri Bonnam prosecutus est, & Colonienſi, regali illum diademate ornanti, vna cum Treuirensi adstitit. *Rebdorfensis* l. d. p. 627.

regalia ab eo accipit.

5) Anno sequenti MCCCXLVII Conuentui Principum Confluentino interfuit, ac regalia fide clientelari a Carolo IV recepit. *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 200; *Anno VVichardi Abbatis V Carolus Rex Germanorum IV conuentum Principum sibi adhærentium apud Confluentiam circa festum purificationis B. Mariæ semper Virginis celebrauit, in quo comparuerunt personaliter Baldevvinus Archiepiscopus Treuirorum, VValramus Archiepiscopus Colonienſis*, Gerlacus *Archiepiscopus Moguntinus —— & plures alii, quos omnes regalibus, vt moris est, Rex Carolus infeudauit.*

auxiliarios

6) Vti vero Sedis sibi adsereret possessionem, eodem hoc anno tum *Rupertum*, Comitem Palatinum Rheni, tum *VValramum*, Comitem Sponheimensem, tum *Adolfum* & *Ioannem*, fratres, graui monetæ summa in auxiliatores, bellique socios sibi adsciuit. Et *Ruperto* quidem quinquaginta florenorum aureorum millia constituit, castris primum *Richenstein*, *Schaumburg*, & *Furstenau*, dein vero, maiorem in securitatem, castro oppidoque *VVilnau*, cum locis, bonisque contributis, dimidia ex parte ei tamdiu oppositis, donec dimidium castri, præfecturæque Nassouiensis, impetrato tam consanguineorum suorum, *Othonis*, *Ioannis*, & *Henrici*, Comitum Nassouiorum, quam Castrensium consensu eidem traderet in manus. *VValramo* decreuit quadraginta id genus aureorum millia, parochialibus primum *Beckelnheim* & *Martinstein*, *Sobernheim* itidem, cum villis, bonis, siluis &c. dein vero castro, oppidoque *VVilnau* dictis altera ex parte eidem pignori datis. Conditio vtrinque adiecta, numerum æris promissum se tum demum expediturum, quum, Henrico exturbato, Archiepiscopatum sua haberet in potestate. Cautum tandem sponsoribus, qui erant *Gerlacus* pater, *Adolfus* & *Ioannes* fratres, *Ioannes* Comes Nassouio-Hadamarienſis, & *Nicolaus*, Præpositus D. Victoris. Tabularum, quibus id perscriptum fuit, datum est, *MCCCXLVII, die Margaretæ. Adolfo* & *Ioanni*, fratribus, quatuor & viginti aureorum dictorum millia in expensas belli adsignauit; pollicitus insuper, se liberis eorum beneficia ecclesiastica cum honorifica procuraturum, tum quæstuosa. Sibi vero ab iis simul pactus est liberum castri *Nassau* pro laribus vsum, quamdiu nec Moguntiæ, nec alibi in diœcesi ad Rhenum Moguntina sibi tuto esse liceret.

sibi comparat.

repudiat transactionem cum Henrico.

7) His adiutoribus comparatis, spem pacis, quam Ludouico Cæsare fatis functo, rebus Moguntinis tranquillandis agitabat *Conradus Kirckelius*, Sedis Prouisor, abscidit. quod quidem *Albertus Argentinensis* p. 142 haud per ambages tradit. *Interea*, ait, Conradus *de* Kirckel, *Minister Maguntinæ sedis, ac Treuirensis omnimodam concordiam tractauerunt inter H. Archiepiscopum Moguntinum, ac Regem, & Treuerensem Archiepiscopum, oppidaque Imperialia in VVederaugia*, Gerlacum*que de* Nassawe, *prouisum Sedis Apostolicæ, competenter prouiderunt in via. H. destituto post eius mortem Sedem habiturum quiete. Verum ipse* Gerlacus *de potentia & adiutorio Caroli confidens, negotio insecto ascendit Argentinam. Quod videntes H. Moguntinus, Conradus Minister eius, & prædicta oppida se liberis defuncti Principis colligarunt.*

priuilegiorū confirmationem obtinet.

8) Sicuti vero Imperii beneficia Cæsari hoc anno, ceu dictum, accepta tulit, ita sequenti MCCCXLVIII veterum diplomatum ac priuilegiorum, Sedi ab Imperatoribus ac Regibus concessorum, confirmationem & petiit, &, tabulis Pragæ XII Kal. Maii confectis, consecutus est, vno tamen excepto, de quo ipsa Caroli verba afferre e re erit. *Per has tamen collationem, confirmationem, approbationem*

bationem, reuocationem, ratificationem, laudationem, donationem, & reparationem, exaltationi & erectioni Pragensis in metropoliticam ac ipsius & Olomucensis ecclesiarum exemptioni a dicta Maguntina ecclesia aut potestati concessæ Pragensi Archiepiscopo super coronatione Regis Boemiæ, ceterisque iuxta exaltationem, exemptionem, & potestatem coronationis eisdem Pragensi & Olomucensi ecclesiis concessis, non intendimus in aliquo derogare, aut præiudicium aliquod generare &c.

Brandeburgicum Cæsari conciliare cupit.

9) Patauii dein id iuxta cum aliis egit, vt Carolo Ludouicum, Marchionem Brandenburgensem, Ludouici Cæsaris filium, conciliaret. Testem do *Rebdorfensem*, qui ad h. a. p. 635; *Eodem anno circa festum Iacobi tractatum solennem habuit Rex Carolus cum filiis Ludvvici in Patauia, & Albertus Dux Austriæ prædictus fuit mediator inter eos. Ibi interfuerunt Archiepiscopus Salzburgensis, Episcopus Patauiensis, frater carnalis, qui regalia sua ab eodem Rege receperunt. interfuerunt Archiepiscopus* Gerlacus *Moguntinus* &c.

cum Carolo Spiram concedit.

10) Gunthero ab aduersæ partis Principibus Kalend. Ianuar. an. MCCCXLIX Francofurti electo, ipse cum Carolo Spiram abiit, consilii caussa. Referunt id nobis *Albertus Argentinensis* ad h. a. p. 151, & *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 212.

Arnspurgensium consulit commodis.

11) Sequentibus vero diebus & monasterio Arnspurgensi sese beneuolum præbuit, & ciuitati Moguntinæ. Et illud quidem suam in tutelam recepit, & omnibus exemptum oneribus dixit liberum, dato simul Abbati negotio, si qui cœnobio subditorum, quod Ludouici adhæsissent partibus, conscientia icti, aut sacro interdicto notati essent, eos expiandi. Pluribus id loquuntur litteræ, quas tum dominica *Oculi* dedit, in codice Diplomatico in lucem prolatæ.

ciuitati priuilegiis & promissis verificatur.

12) Quod ad ciuitatem, primum omni in ciues actioni super damnis Collegio *D. Victoris*, & monasteriis *S. Albani*, & *B. Iacobi* superioribus annis in dissidio cum Administratore Balduino illatis renuntiauit. Dein eisdem non modo vectigal, quod Archiepiscopis in vrbe pendi solebat, & vulgo der *Pfundzoll* dicebatur, remisit, verum dimidiam quoque portorii Castellensis partem in vsus publicos concessit. Et quo minus dubiis istis ac formidolosis temporibus intus paurent, foris formidarent, recepit, si impeterentur, ciuitati se numerum quinquaginta Militum & Armigerorum suo sumtu missurum præsidio. Si in hostem progrederentur, se eisdem propria itidem impensa omnibus præsto futurum copiis & viribus. Additum, fratrum suorum castra durante bello eis ad liberum, tutumque receptum semper adaperta fore. Vt dictis hoc maior fides esset, & iure iurando interposito, & frequenti illustrium maxime virorum testimonio adhibito promissis se staturum cauit. Editi hoc fine in tabulis, hac de re feria secunda post D. Ambrosii sollemne confectis, *Gerlacus* pater, *Adolfus* & *Ioannes* fratres, *Otho* & *Ioannes*, Comites de Nassau, *Sifridus* Comes de Witgenstein, *Vlricus* de *Hanau*, *Ioannes* de *Treueri* (von Trire) *Ioannes* de *VVartenberg*, *Hermannus* de *Schönecken*, *Lupoldus* de *Bebinburg*, *VVilhelmus* de *Saulnheim*, *Conradus Brumser*, *Hermannus* de *Saulnheim*, *Hermannus* de *Bibra*, & *Ioannes Pincerna* de *Erpach*, Canonici Moguntini. Edit. I p. 858

nouos adiutores adsumit.

13) Inde viribus suis hoc magis firmandis nouos sibi socios & adiutores comparauit. Fuere ii *Sifridus* Comes Witgensteinius, & *Ioannes* Comes Nassouio-Hadamariensis. Et ab hoc quidem viginti galeatos, & decem alio capitis tegumento (*mit Huben*) indutos sibi pactus est; ab isto autem tum viginti loricatos, tum totidem galeatos. Litteris id consignatum publicis, quorum datum est, *MCCCXLIX feria sexta post Georgii.*

Moguntinis vicinas munitiones destruendi licentiam dat

14) Moguntinis autem vt omnia hoc securiora redderet, peruigilio festi Christo in cælos adscendenti sollemnis ciuitati diplomate peculiari concessit licentiam, *Castellum* villam, Moguntiæ in aduerso Rheni litore obiectam, cum æde sacra; turrim itidem in villa *Flersheim* cum propugnaculis excitatis, funditus deuastandi & euertendi. Habes id in codice Diplomatico.

ad Sedem occupandã Cæsaris iactatur auxilio.

15) Substitit tum in vrbe, vna cum Carolo. Quem cum de ope sibi ad occupandum Archiepiscopatum ferenda interpellaret, is haud dubitauit, iureiurando sollemniter emisso (*tactis sanctis Euangeliis*, vt in tabulis l. d. est) polliceri, se omnibus ipsi viribus & copiis adstiturum, vt in tranquillam Sedis possessionem veniat; si venerit, contra quoscunque summo defensurum studio. Miro certe ingenio. Quid enim eodem fere tempore *Henrico* Virneburgio spoponderit, supra iam dictum.

cum Erfurtensibus agit.

16) Egit dein cum Erfurtensibus. Cum enim ciuitas validis esset viribus, e re ducebat, eam magis magisque suam ad voluntatem adducere. Nec successu res caruit. Ipse ciuibus pollicitus est, se cladis miseræ Iudæorum genti igne ferroque illatæ (*daß die Iuden zu Erfurt by vns erschlagen vnd verbrant vvorden*, vt verba Erfurtensium in tabulis habent) pœnas haud expetiturum; iuri insuper suo in possessiones verporum ac bona, quibus ciues in tumultu isto manus attulerant, renuntiauit. Ciues vicissim recepere, se censum æque, quem Iudæi fisco Archiepiscopali pependissent, ac summam istam centum marcarum, quam Præsuli Moguntino quotannis obtulissent recutiti, in se recepturos, & hanc quidem in singulos annos ad diem Martini Episcopi memoriæ festam prompte exsoluturos. Acta hæc sabbato ante feriam Margaretæ virgini dicatam; ex quibus *Gudenum* histor. Erfurtensis lib. II § X p. 105 interpreteris.

Moguntinos anathemate exsoluit.

17) Mense Septembri, die qui D. Hieronymo in fastis sacer est, Moguntinenses sacrorum interdicto ob vim quibusdam clericorum in vrbe illatam subditos, auctoritate Archiepiscopali noxis, detestationibusque absoluit, ac piorum commercio reddidit. Litteras rei testes reperies in codice Diplomatico.

nouis eosdē

18) Nec id feciſſe contentus, eisdem anno sequenti

promissionibus onerat. sequenti MCCCL, tabulis dominica post D. Remigii sollemne proxima confectis, promisit, se, quamprimum *Oppenhemium*, *Bingam*, & *Rhingauiam*, suam in potestatem redegerit, curaturum, vt & Oppenheimenses & Bingenses, & Rhingauienses iurato, fideque litteris publicis facta spondeant, se ciuitatis Moguntinæ libertates, consuetudines, & immunitates, a vectigali cum maxime & precariis exactionibus, nec violaturos nec impugnaturos; ceterum vero contra res illius ac honores nec verbis connixuros nec factis. Dein, se forum ecclesiasticum Moguntia, vbi sedes illi iam ab antiquo fuerit, & locus proprie esse debeat, haud translaturum alio. Cum hostibus se pacem ac concordiam, sine ciuitatis præscitu, consilio, & consensu haud iniurum. Nec intra quintum circum vrbem milliare vllum se vectigal, vllum item pedagium sine eorum voluntate instituturum ac approbatione.

cum Palatino secreta agitat consilia. 19) Sub anni MCCCLI sequentis incunabula, ad alias conuersus curas, cum *Rudolfo*, Comite Palatino Rheni, Septemuiro, secreta de Rege, si res ita posceret, eligendo consilia agitauit. Crediderim Caroli factum instinctu. Conuenit autem, si forte euenirent, vt Imperium vel obitu Caroli Imperatoris, vel alio quodam vacaret modo, tum se iunctis vtrinque animis ac sententiis in id incubituros, vt neminem alium in Regni fastigio collocent, quam quem tanto culmine viderint dignissimum. Alterum alteri cessurum, si forte in diuersum tendant sententiis. Non commodi priuati, sed salutis publicæ, fideique, qua vterque Imperio deuinctus sit, se habituros rationem; quæ quidem planissima via sit ad vtilem regno Regem præficiendum. Quicquid inde ad alterutrum rediret, æquis partibus inter se diuisuros &c. Patet id ex tabulis *Rudolfi*, feria secunda ante diem diuæ Dei genitricis purificationi sacratum editis, quas aliis immiscui in codice Diplomatico.

Conuentui Francofurtensi interest. 20) Inde sub initium anniuersarii Christianorum ieiunii (*Quadragesimam* vulgo vocant) Conuentui Principum Francofurti habito interfuit. *Trithemius* ad h. a. p. 218; *Inter plures comparuerunt in propriis personis Baldevvinus Treuirorum Archiepiscopus*, Gerlacus *Moguntinensium* &c.

Avenionem proficiscitur. 21) Dein Avenionem in Gallias profectus est, summo Pontifici sua præsens vt probaret obsequia. Vbi cum esset, donationem, quam *Guilielmus Pinschon*, Collegio principi, quod Moguntiæ est, tum Præpositus, die XI mensis Nouembris liberaliter admodum fecerat, die XVI eiusdem mensis sciuit, ratamque habuit. Vid. tom. II *Syllabi plenioris* sectio I p. 281, ibidemque pro *anno LII*, quo eam confirmasse dicitur, lege *MCCCLI*. Donarat autem Præpositus *Pinschon* Decano & Capitulo ius patronatus ecclesiarum in *Bischofsheim*, *Burgestadt*, *Beckelnheim*, *VValstadt*, *Sulburg*, *Liderbach*, & *Finthen*.

Canonicis metropol. ius patronatus eccl. Wald- 22) Negotiis Avenioni confectis, reuertit in Germaniam. Simul autem ac redierat, Canonicis & Vicariis ecclesiæ Moguntinæ ius patronatus haud incelebris ecclesiæ *VValdbeckelnhe-* *mensis*, adiunctosque census & vectigalia, in portionum præsentibus in choro præbendarum augmentum, ob damna, quæ per ea tempora passi erant, perpetuum munus constituit. Tabulas, quibus rem complexus est, habes in codice Diplomatico. *beckelnh. confert.*

23) Anno MCCCLIII paullatim ad finem vergente, Carolo Rhenum obeunti comes hæsit, ac tum temporis xenodocheum, quod *Volzo*, Canonicus B. M. V. ad gradus, pauperum ærumnis leuandis, Moguntiæ magna animi pietate exstruere cœperat (*S. Barbaræ* id dicitur) insigni diplomate stabiliuit, & quæ Volzo operi tum excitando, tum conseruando constituerat, rata esse voluit. Datum id feria sexta post D. Martini Episcopi sollemnes ferias, vt in codice Diplomatico cernere est. *Xenodocheum S. Barbara stabilit.*

24) Dein Caroli in gratiam, Spiræ Decembri ineunte litteris publice editis recognouit, ciuitatem *Egrensem*, nec non castra *Floss* & *Parckenstein*, cum oppidis, villis, locisque aliis, hominibus item ac bonis, Regibus Boiemiæ pro quadraginta millibus marcarum argenti puri, ponderis Florentini, oppignerata esse. Vide *Schminckii* Supplementum actorum publicorum Appendici Goldastianæ subiunctum n. XXXVIII col. 297 & seq. *Carolo quadam Imperii pignera firmat.*

25) Iisdem diebus, Cæsare controuersiam *Gerardum Hunoldsteinensem* inter ac *Ioannem*, Comitem Sponheimensem, pro tribunali diiudicante, sententiam rogatus, libere, quid sentiret, expromsit. Clare nobis id produnt tabulæ tum confectæ, quas *Schilterus* in lucem protulit, & ex eo *Tolnerus* codici Diplomatico Palatino intexuit n. CXLI p. 91. *iudicio Cæsareo adsidet.*

26) Proximis oppida *Oppenheim* & *Odernheim*, pignori olim Sedi Moguntinæ opposita, transactione facta, Imperatori & Imperio restituit. Litteris, quas feria quinta ante Luciæ memoriam hac de transactione edidit, testes adscripti *Hermannus* de *Schönecken*, Custos, *Ebirhardus* de *Hirschorn*, *Lupoldus* de *Bebinburg*, *VVilhelmus* de *Saulnheym*, *Conradus Bromszer*, *Hermannus* de *Bibera*, *Iohannes Schenck* de *Erpach*, *Conradus* de *Kirckel*, Canonici Moguntini. Post XVII Decembris die Oppenheimenses sacramento, quo Archiepiscopatui obstricti erant, exsoluit. *Argentinas* p. 161; *Feria quarta ante Thomæ in atrio ecclesiæ Oppenheim ipse Gerlacus absoluit vniuersitatem ibidem, ipsaque nomine Imperii Regi iurauit.* *Oppenheim & Odernheim Imperio restituit.*

27) His peractis cum Rege perrexit Moguntiam. Ibi vero cum esset, xenodocheo, quod *Volzo*, vti dictum, pio erga miseros & egenos animo statuere cœperat, explicando manus præbuit auxiliatrices. Vnumquemque enim, ad subsidia liberaliter conferenda, peculiaribus litteris, feria secunda post Thomæ Apostoli sollemnitatem datis, quam enixissime hortatus est. Inuenies eas in sæpius iam dicto codice Diplomatico.

28) Hæc inter Carolo Cæsari, multisque, qui ei tum aderant, vtriusque ordinis Principibus ac Proceribus, summæ erat curæ, vt funesto dissidio, quod rem Moguntinensem per

ſeptem iam annos quam grauiſſime affligebat, modus imponeretur ac finis. Nec incaſſum. quandoquidem ſub anni ſequentis MCCCLIV auſpicia id iis factum conditionibus eſt, quas ſupra in *Henrico* iam perſtrinxi, hic vero cu-
Conditiones pacis inter Gerlacum & Cunonem facta, ratius paullo referendas cenſeo. Fuerunt ſcilicet hæ. Gerlacus Cunoni ſoluat quadraginta millia florenorum, & donec ea dependat, eidem pignori det caſtrum *Klopp* cum oppido *Bingen*, caſtrum *Ernfels* cum vectigali, caſtrum *Richenſtein, Furſteneck*, & *Heymberg*, vna cum caſtrenſibus & villis ad dextram Rheni ripam, a lapide, vulgo der *Lovenſtein* dicto, ad *Lorichhuſen* vſque. Si Cuno viuis excedat, antequam Gerlacus nomina iſta explicauerit, pignora memorata in manibus heredum illius ſint ac permaneant, donec viginti florenorum millibus redimantur. Si Cuno Epiſcopatum quendam conſequatur, vel Archiepiſcopatum, antequam Gerlacus æs conſtitutum numerarit, ſingula hæc pignora Archiepiſcopatui libera dimittantur. Si vero oneribus ea, quibus innexa, ante iam liberauerit Gerlacus, quam ille ad id genus faſtigium euehatur, pecunia ei & heredibus permaneat. Cuno Gerlaco vim frugis vinique præſentem, baliſtas item aliaque inſtrumenta bellica in caſtris & villis, litteras inſuper publicas, tabulas, libros cenſuales &c. tradat; vini vero frumentique apparatum, in locis oppigneratis reconditum, retineat. Inſulam Archiepiſcopalem, pedum, aliaque ornamenta eccleſiaſtica idem eidem ſine vlla difficultate ac mora exhibeat, præſtetque. Gerlacus ceteris Prouiſoribus editis caueat litteris, ſe debita, quæ tempore adminiſtrationis contraxerint, bona fide expediturum. Clerus omni in Cunonem actioni renuntiet; Naſſouii, pater & fratres, vicisſim omni in Clerum. Gerlacus cum *Haſſo*, *Marchione Miſnia*, & ciuitate *Moguntia* pacem firmiter colat. Idem Cunoni *Erenſels* vna cum dimidia altera vectigalis ad dies vitæ relinquat. Si vero Cuno in poſſeſſione Præpoſituræ maioris quieta ſit, vel, vti dictum, cathedram quandam Epiſcopalem inſcendat, Gerlacus dictum caſtrum, & vectigalis dimidiam recipiat. *Nicolum Grunenbergium* penes Præpoſiti ad D. Victorem dignitas maneat; *Ioanni Virnenburgio* penſio in ſingulos ſoluatur annos. Gerlaco curæ ſit, vt Cuno, ceterique, qui *Henrici Virnenburgii* partes ſecuti, quantocius anathematis vinculis eximantur. Eidem Gerlaco caſtra Archiepiſcopatus tandem, oppida, villæ, in liberam tradantur poſſeſſionem. Sed præſtabit tabulas ipſas inſpicere, ex iisque *Argentinenſem*, cuius verba ſupra dedi, interpretari.

quas vterq; ratas habet. 29) Latas tum *Cuno*, tum *Gerlacus* peculiaribus ratas habuere litteris. *Cunonis* datæ ſunt Veneris poſt Kalendas Ianuarias, ſigillisque *VVilhelmi*, Archiepiſcopi Colonienſis, *Ioannis*, Electi Argentoratenſis, *Henrici*, Comitis Veldentini, & *Friderici*, Comitis Sarvverdenſis, auunculi, munitæ. *Gerlaci* vero (vt clauſulæ verba adducam) *feria ſexta proxima poſt Circumciſionis.*

30) Atque ſic ad Sedem Moguntinam plene tandem admiſſus eſt. Quod *Rebdorfenſis* ad an. LIII p. 639 haud prætereundum duxit. *Præfatus*, ait, *de Falckenſtain cum Gerlaco Epiſcopo, pertractante hoc Rege, concordatur, & traduntur omnes munitiones & caſtra Archiepiſcopatus ipſi Gerlaco, exceptis, quæ ipſi de Falckenſtain pro certa pecunia manerent obligata.* Edit. I p. 858

nouam monetam cudi curat. 31) Simulac vero in plenariam Archiepiſcopatus poſſeſſionem venerat, id in rebus neceſſariis habuit, vt boni publici cauſſa de moneta noua cum aurea, tum argentea, ſignada ageret. quod & Aſchaffenburgi factum, opera Ioannis de Weſemale conducta. Sedenim non alienum, reor, erit, ſi paucula quædam ex tabulis hac de re die B. Innocentio feſta confectis huc attulero. Sic autem *Gerlacus*; *VVir —— bekennen, —— daſs vvir eine muntz haben vnd ſlahen vvollen, mit namen einen kleynen gulden, von dru vnd zvvenzig karraten, vnd einen halben karraten vvichtig. Vnd einen guten ſilbern pennig, der ſal halden zehen pennig Kuniges ſilbers, vnd ſal gen vff eyne Marg zehen ſchillinge. Vnd ſolent der pennige zvvene eynen alten Tornes gelden; vnd ein pennig von demſelben ſilber; der ſollint gen vff die Marg ein phunt, vnd der ſollent gelden viere eynen alden Tornos.*

32) Ceterum vt cum *Henrico* Haſſiæ Landgrauio, eiusque filio *Othone* in concordiam redigeretur, per id temporis curæ ſibi habebant *Henricus*, Comes de Hoenſtein, Dominus Sundershuſæ, *Ioannes*, frater, Comes de Naſſavve, *Sifridus*, Comes de Witgenſtein, *Heidenricus* de *Elckershuſen*, *Simon* de *Hohenberg*, & *Stephanus* de *Schartenberg*; quod etiam perfecere. Memorat id ipſe litteris ſabbato diem D. Pancratio ſacratum præcedente ſcriptis, teſtatus, ipſos rem eo deduxiſſe, ſe volente.

fœdus cum Colonienſi & Treuirenſi init. 33) Cum Colonienſi dein & Treuirenſi Confluentiæ die Mercurii poſt feſtam Matthæo Apoſtolo lucem in fœdus coiit. Duabus maxime de cauſſis id initum. Primum ſecuritati otioque publico tuendo. Vti ſane præ ceteris ſtatuebant, tuta ſe itinera ſingulis & omnibus, ſiue ordinis eccleſiaſtici ſint, ſiue ciuilis, a ponte lapideo ſupra Moguntiam Noueſium vſque; ex vtraque vero Rheni parte intra quartum a ripa fluminis milliare præſtituros. Dein mutuæ concordiæ ac defenſionis ergo; quippe ad quam alter alteri aduerſus quoſuis ſe obligabat; generatim tamen exceptis Sede Pontificia, & Imperio; ſpeciatim vero ex parte Gerlaci, *VValramo*, Comite Sponheimenſi, pacis publicæ in tractu Wetterauiæ ſociis, Suffraganeis item ac Miniſterialibus Archiepiſcopatus Moguntini; ex parte *VVilhelmi* Colonienſis, *Ioanne* Duce Brabantiæ, & fœderi de pace publica, in inferioribus ad Rhenum partibus ſeruanda, adſcriptis; ex parte *Boemundi* Treuirenſis, *VVenceslao* Duce Lucenburgenſi, & pacis publicæ conſortibus in confiniis Lotharingiæ.

cũ Marchionibus item Miſnia. 34) Similiter hoc anno cum *Friderico* & *Balthaſare*, Landgrauiis Thuringiæ, Marchionibus Miſniæ, arctam contraxit ſocietatem

Edit. I p. 858

tem, pollicitus, se eis ad dies vitæ opem laturum, & quidem in Thuringia, centum galeatis, probe expeditis; extra Thuringiam vero quinquaginta, vbicunque locorum id opus esset, ad Albim flumen vsque.

suppetias fert Wirzburgensi.

35) Quam his promisit, eam *Alberto*, Antistiti Herbipolensi, aduersus ciues Wirzburgenses, obsequii ignaros, h. a. reapse tulit, & pacificationi illos inter ab Imperatore Carolo factæ interfuit. *Trithemius* chron. Hirsaug. ad an. hunc LIV p. 224, *Frisius* chron. Herbipolens. in *Alberto II* cap. XV & XVI p. 639 & seq. Præter quos testimonio nobis est *Gerlacus* ipse. Is enim in litteris an. MCCCLX, feria quarta post Matthiæ Apostoli sollemne Altuillæ signatis; *Daß vvir dem Edlen* Eberhard, Graven *von* Cazenelnbogen — *schuldig sin — vor solchen dienst; den er vns getahn hat, da vvir lagen vor VVurzburg, vnd vor allen schaden, kost, verlust, die er gelitten hat in demselben vnsern dienst an pferden* &c.

cum Paderbornensi fœdus init.

36) Anno præcipite cum *Balduino* item, Antistite Paderbornensi, concordiæ amicitiæque pepigit fœdus. Quod vt hoc firmius perstaret, conuenit, si quid forte suboriretur dissidii, id arbitrorum committendum iudicio. Delecti autem, ex parte Gerlaci, *Reinherus* de *Dalvvig*, Miles, & *Henricus* de *Hanstein*; ex parte Balduini, *Albertus* de *Brackel*, & *Theodericus* de *Tvviste*, Milites; Præsidis honorarii (*Obmann*) loco *Eilgerus* de *Dalvvig*. Rem Eltvillæ actam testantur tabulæ, die S. Stephani protomartyris honori & memoriæ dicato, confectæ.

Erfurtensib. ius monetãdi vendit.

37) Ceterum eodem hoc anno, ærarii pressus inopia, nominumque exsoluendorum numero, ciuitati Erfurtensi vtilitates monetæ vendidit, pacto tamen de iure redimendi, diserte adiecto. Conf. *Gudenus* historiæ Erfurtensis lib. II § XIII p. 108.

Abbatem Corbeiensẽ in tutelam recipit.

38) Sequenti MCCCLV, ipso Epiphanias Dominicæ festo, *Dietericum*, Abbatem Corbeiensem, tum in Ministrum sibi adsciuit, tum suum in patrocinium suscepit, litteris Eltvillæ tum datis pollicitus, se ei contra quosuis suo adfuturum præsidio; Sede tamen Pontificia & Imperio, *VVilhelmo* item Archiepiscopo Colonienſi, *Henrico* & *Othone*, Landgrauiis Hassiæ, *Friderico* & *Balthasare*, Maregrauiis Misniæ, *Ioanne*, Comite Ziegenhainensi, & *Othone*, Comite Waldeccensi, fœderatis suis, omni modo exceptis. Additum, se ei suppetias laturum intra mensem a die, quo euocaretur. Porro, si Archiepiscopatus Beneficiarii & Castrenses rogati auxilium ei portarent, tum sese ad id ferendum haud obligatum esse; vt tabulis, quas in codice Diplomatico dedi, curatius consignatum est.

donationem Henrici collegio metropol firmat.

39) Dein ædis summæ Canonicis animi beneuoli signum præbiturus, possessiones, quas iis *Henricus* Virnenburgius annis superioribus liberaliter attribuerat, diplomate Eltvillæ XV Kalend. Octobr. edito firmauit, vt l. modo d. videre est.

Norimbergæ in comitiis legatis Pontif. respondet.

40) Instabat dies, quem Principibus ad conueniendum Cæsar dixerat. Quem vt obiret, Norimbergam concessit. Ibi vero cum esset, suumque studium ad Imperii salutem Carolo deferret, *Stephanus*, Archiepiscopus Tolosanus, & *Reginaldus*, Antistes Vlyssibonensis, Pontificis Ministri, *ille* Camerarius, *hic* Thesaurarius, litteras, quibus instructi erant, fiduciarias per nuntium illuc transmittebant, mandata sibi data simul exponentes. Quibus lectis, sequens eis dedit responsum. *Reuerendi PP. & DD. Litteras credentie PP. VV. in presentia Serenissimi Principis, Domini nostri, Karoli Imperatoris Romanorum, Nurenbergæ constituti, XII die mensis Decembris receptas, presentium per latorem audiuimus cum diligentia, quæ idem nobis retulit, & quia idem factum concernit presentias DDnorum Colonienſis & Treuirensis Archiepiscoporum, quorum aduentus exspectatur, decernimus, ipsis proponere nobis dicta, & cum omni promptitudine mandatis Apostolicis obedire. Dat. Nuremberg XII die mensis Decembris MCCCLV.*

March. Badensem in Ministerialem cooptat.

41) Anno tandem præcipite, *Rudolfum*, Marchionem Badensem, vulgo *VVecker* cognominatum, similiter, vt ante Abbatem Corbeiensem, in Ministerialem cooptauit (*zu vnserm vnd vnsers Stifts Diener*, vt verba tabularum, feria sexta ante Thomæ Apostoli sollemnitatem Norimbergæ signatarum, habent) eumque non secus ac Ministerialium alios omni se studio defensurum spopondit.

Erfurtensium suppetias sibi paciscitur.

42) De cetero, cum omnem animum in Erfordiæ poneret viribus, communi subiectionis vinculo haud contentus, specialibus pactis ciuitatem sibi firmauit, octoginta galeas in omne periculum ad quinque annos stipulatus. *Gudenus* l. d. § XIII p. 108.

II Anno autem MCCCLVI, vti narrat in Hirsaugiensi *Trithemius*, in conuentu Principum *Metis habito*, BVLLAM *dictam* AVREAM, *quia sigillo sit aureo roborata, de Imperatore Romanorum deligendo idem Carolus, indicta conuentione Principum, ad vtilitatem reipublicæ, de consensu omnium Principum Electorum & Regni, conscribi fecit & confirmauit. His rite peractis conuentu soluto cum vxore transiuit de ciuitate in ciuitatem, & de monasterio ad monasterium, Sanctorum reliquias vbique diligentissime inquirens, ex inuentisque multas precibus, quas spernere poterat nullus, obtinuit, quas ad gloriam & decorem ecclesiarum gentis suæ Bohemis inuexit.*

A.B. partim Norimbergæ partim Metis publicata.

1) Notes velim, haud curate hic loqui *Trithemium*, dum dicit, Carolum Auream Bullam Metis conscribi fecisse & confirmasse. Siquidem ille non nisi capita posteriora illiç promulgauit, cum XXIII priora Norimbergæ iam publicassel. Vtraq; consensu suo approbauit Gerlacus, & tum hic, tum illic, cum publicarentur, præsens fuit. v. *A.B.* in proœmio & c. XXIV.

2) Ce-

Ruperti Palatini, & Rudolfi Saxonis iura Gerlacus communit.

2) Ceterum Norimbergæ hoc anno tum *Ruperti* senioris, Comitis Palatini ad Rhenum, Septemuiri, tum *Rudolfi*, Saxoniæ Ducis, causlam, iuraque tabulis editis communiuit. *Ruperti* quidem, dum testatus est, Ruperti iunioris consensu voluntateque tandem ita constitutum esse, vt patruus, Rupertus scilicet hic senior, ad dies vitæ Palatinatum Rheni teneat, vna cum iure facultateque eligendi Cæsarem. *Rudolfi* vero, dum recognouit, non alium, quam ipsum, qua Ducem Saxoniæ & sacri Imperii Archimareschallum, suffragii potestate in designando Cæsare gaudere. Vtrasque ceteris in codice Diplomatico attexere placuit.

de oppignerandis Argentoratensi bonis quibusdam Imperii consentit

3) Sedenim, nec *Ioanni*, Episcopo Argentoratensi, tum defuit. Res ita habet. Cæsar olim *Bertholdo* Antistiti licentiam concesserat, bona Imperii, *Ortenburg*, *Offenburg*, *Gengenbach*, *Zell*, *& Aduocatiam in Mortenaue* *, Badensibus pro nongentis marcis auri puri, quatuor millibus libbr. Halleror. & quinque millibus florenorum aureorum pignori opposita, ære dicto, & quinque insuper millibus florenorum, quæ ipse eisdem propter multa, gratæque seruitia sibi & Imperio exhibita, transcripserat, redimendi: nunc vero *Ioanni* successori loca ista pro summa monetæ modo memoratæ, veri iustique pignoris titulo, obligabat. Vt id ratum esset, Electorum opus erat consensu. Gerlacus igitur sua id assensione, sabbato proximo post Epiphaniam Domini, approbauit, laudauitque.

* Ortenau; *quam Imperator Leopoldus, qua Archidux Austriæ, an. MDCC* Ludouico *Marchioni Badensi, feudi masculini titulo, in gratiæ singularis testimonium, concessit.*

Erfurtensibus villas quasdam concedit.

4) Comitiis finitis Norimberga abiit Erfurtum. Cuius vrbis erga se amorem vt magis magisque prouocaret, ciuitati tum villas *Hermanstein*, *Azmannsdorf*, & *Stobra*, quas Comites Kirchbergenses ab Sede Moguntinensi iure beneficiario olim receperant, feria sexta proxima ante diem, qui conuersionis D. Pauli memoriæ sacer est, fiduciario contulit ritu. Conf. *Gudenum* l. d. histor. Erfurtens. § XIII p. 108, quem ex his emendes.

Salzensibus leges dat.

5) Inde peruenit Salzam. Vbi feria quinta ante Hypapanten, qui communiter oppidum possidebant, ipse scilicet, & Marchiones Misniæ, leges quasdam, quibus ciues in posterum tenerentur, edidere; quarum quidem initium ita habet; *VVir* Gerlach — *VVir* Friderich *vnd* Balthasar, *Landgraven in Turingen, vnd Marggraven zu Missen, in dem Ostirlande vnd zu Landisberg, Graven zu Orlamunde, vnd Herren des Landes zu Plissen, bekennen* &c.

castri Plesse obtinet vsu.

6) Duderstadium cum veniisset, *Godesmanno* & *Hermanno*, Nobilibus Dominis *de* Plesse, id fecit gratiæ, vt eis feria quinta ante D. Valentini sollemnitatem & præsidium suum sponderet, & aduersus hostes auxilium. Quæ res tantum apud illos valuit, vt ei liberum castri *Plesse* vsum addicerent, permitterentque. Bello tum impliciti erant cum *Steinbergiis*, cædem *Erasmo* von *Steinberg* ab iis illatam armis vindicantibus, aduersus quos (vt id addam, exceptum enim fuit) in adiutorium trahi noluit. Edit. I p. 858

cum Hasso fœdus init.

7) Duderstadio concessit Frizlariam, vetus Sedis Moguntinæ municipium. Sidere quidem haud infelici. Cum enim ibi esset, contigit, vt fœdus inter se stipularentur, quos inter hactenus semel atque iterum fuerat discrepatio, ipse nimirum, & *Henricus*, Landgrauius Hassiæ. Stipulati autem id sunt tum ad dies vitæ, tum societatis & auxilii mutui causla. Alter enim alteri quinquaginta galeas in omne spopondit periculum. Additum tamen, aduersus quos neuter ad mutuam opem obstrictus esse velit. Fuere ii, generatim quidem, *Henricus* Comes Hoensteinensis, Dominus Sondershusæ, *Henricus* & *Güntherus*, Comites Swarzburgii, *Sifridus* Comes Witgensteinensis. Speciatim vero, ex parte Gerlaci, *Imperium*, Marchio Misniæ *Fridericus*, fratres *Adolfus* & *Ioannes*, Comites Nassouii, *VValramus* Comes Sponheimensis, *Vlricus* Dominus de Hanau, & Ciuitas *Erfordia*. Ex parte Henrici, *Otto*, frater, Archiepiscopus Magdeburgensis, *Ludouicus* patruus, Antistes Monasterienses, *Fridericus*, Marchio Misniæ (*vnser Svvager*) *Ernestus* iunior, Dux Brunsuicensis, gener, *Ioannes* Abbas Hersfeldensis, & *Hermannus* (*vnser Bruder.*)

pecuniâ sumit mutuo.

8) Vti vero loca, quæ *Cunoni* de *Falckenstein* pignori data erant, ære præsenti reuocaret, feria sexta ante D. Georgii, ab *Elisabetha* de *Liebesberg*, *Hermanni*, *Domini* de *Liebesberg* vidua, & *Engelharto* de *Hirschorn* octodecim florenorum millia mutuo sumsit, oppositis eisdem in securitatem castro *Starckenberg*, oppidisque *Heppenheim* & *Bensheim*, vna cum villis contributis. Tabulis tum confectis sigilla appendere *Rupertus* Senior, Comes Palatinus Rheni & Elector, *Gerlacus* pater, fratres item *Adolfus* & *Ioannes*, Comites Nassouii.

Regis Bohemiæ iura de Electoratu communit.

9) Sub finem anni concessit Metim, quo Principibus indicta erant comitia. In his autem Cæsaris in gratiam recognouit, Regi Boiemiæ vere locum esse in Principibus Electoribus, eidemque, vt ceteris, competere ius suffragii ferendi in electione Imperatoris siue Regis.

nouum priuilegium a Cæsare accipit.

10) Cuius rei quam grata æstimatio Imperatori fuerit, exinde perspicias, quod ei aliquot diebus post concesserit ius in locis intra terminos castrorum *Haseloch* & *Gerlachshusen* prope Munzenberg, queis quidem ei visum fuerit, oppida exstruendi; villas item *Gernsheim* & *Nidernhall* prope Nagelsberg, nec non *Hasela* prope Wertheim oppidorum in formam redigendi, & instaurandi; indultis simul horum locorum ciuibus iisdem libertatibus ac immunitatibus, quibus ciues Francofurtenses vsque huc vsi &c. vti ex tabulis ipsis in codice Diplomatico curatius cognosces.

iuri Ducis Lucenburgensis cauet.

11) Peracta posteriorum A. B. capitum promulgatione, litteris publicis testatus est, Wenceslao fraudi haud futurum, quod Saxo, dum Electorum quisque suis fungebatur muniis, Imperatori ensem prætulerit. Contende-

Edit. I p. 858

tendebat enim Lucemburgensis, in Ducatu Lucemburgico, ceterisque terris suis sibi ius Imperatori gladium præferendi competere. Cum lectu dignæ sint, quamuis alibi iam habeantur, codici Diplomatico inserendas duxi.

III Anno MCCCLVII excitauit Gerlacus lapideum sacris S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini primi visceribus in S. Ioannis æde monumentum, de quo lib. III notatione XLVII.

cum Cunone de Falckenstein confligitur.

1) Hoc alioquin anno ipse cum *Cunone* de *Falckenstein* iurgia, discordias, iras exercebat, quin armis correptis cum eo gerebat bellum. Et quamuis opera *Henrici*, Comitis Veldentini, res a die Mercurii ante Palmarum celebritatem vsque ad almam Pentecostes in induciis fuisset, & dein modo huius, modo illius studio & labore rursum ad certum tempus, hoc tamen anno ad pacis conditiones haud potuit adduci.

niuersariam Galli memoriam datæ; *Wir* Adolf *E. zu M.— Als vvir mit der Edlen* Margreten, *Grefinne von Waldecke, Widvven, die auch ver ziten vvas etliche Wirtinne* Heilmanns *seligen von* Itter, *uberkommen sint vm das Slefs in Bruneckhusen* &c. Ex quibus auctorem *des Waldeckischen Regenten-Saals* suppleas.

vsum castri Bickenbach sibi acquiris.

2) Hæc inter autem securitati suæ, suorumque, modo temporibus istis quammaxime vsitato, prospicere haud neglexit. Visæ enim nobis sunt tabulæ, quibus Altævillæ Martis ante diem Bartholomæo Apostolo festum, tutelæ suæ caussa, pacto de pace concordiaque in castro *Bickenbach* inuicem colenda atque in perpetuum seruanda, nomine *des Burg friedens*, se obstrinxere cum ipse, tum *Gerhardus*, Comes Rieneccensis, *Mena* eius vxor, *Eberhardus* Pincerna Erpacensis, eiusque coniux *Elisabetha* e Comitibus Cazenelenbogius, ac *Conradus*, Dynasta Bickenbacensis.

Erfurtensibus Tundorf & Mülberg vendit.

3) Sequentibus diebus ciuitati Erfurtensi Dynastias *Töndorf* & *Mulberg* (*die Hufs* Tundorf *vnd* Mulberg) vendidit; illam totam, hanc vero dimidiam partem; & quidem mille ducentis marcis argenti; adiecta tamen retrouenditionis lege. Clausula tabellarum auctoritatis tum editarum ita habet; *Datum* 1357 *Sontag post natiuitatem B.V.* conf. *Gudenus* l. d. p. 108.

quadrantē castri Itter emit.

4) Paullo post tamen fortunis Archiepiscopatus rursum augendis institit. Occasio hæc erat. Qui familiam Dynastarum *Itterensium* clausit, toparchiæ auitæ inhians, agnatum suum *Heilmannum* nefarie occiderat. Occisi vidua *Margareta*, eiusque filia *Kunigunda*, cæde marito patrique tam indigne illata motæ, quadrantem castri Itter cum locis contributis, iuribus item ac prouentibus (*das halbe theil vnsers halben theils des Hufes* Ytter, vt in Instrumento venditionis est, *mit Herschaften, Gerichten, Vogteien, Kirchensatz* &c.) Gerlaco ad emendum offerebant. Is haud cunctandum ratus, possessionibus Sedis eam pretio DCCCC marcarum argenti puri, ponderis Frizlariensis, adiecit. Actum id Eltvillæ Veneris ante Galli.

Gensbein Fastor. Limpurgens. p. 30, & *Weberus* Emblemat. Hassiacor. sectione I aphorismo VII notat. **** p. 35 habent, Gerlacum, Landgrauium, & *Othonem*, Comitem Waldeccensem, *Itteram*, locaque reliqua anno MCCCLXI expugnasse; Gerlacum dein & Henricum ea inter se diuisisse, interfectore in monasterium Heyna detruso.

Ceterum *Margareta* hæc postea nupsit *Ottoni*, Comiti Waldeccensi. Indicium nobis faciunt litteræ *Adolfi I*, Archiepiscopi, Frizlariæ an. MCCCLXXXI, dominica post an-

cum Cunone conpanitur.

5) Postero tandem, qui MCCCLVIII adeptæ salutis fuit, opera studioque *Henrici* zum *Iungen*, Sculteti Oppenheimensis *, cui id a Cæsare datum erat negotii, cum *Cunone* de *Falckenstein*, positis odiis, sedatisque belli, quo hactenus inter se commissi erant, motibus, in concordiam rediit, tabulis Moguntiæ die XXVI Martii confectis pollicitus, se æs alienum omne, quod *Cuno* tempore administrationis contraxerit, sine vlteriori illius molestia exsoluturum.

* *Cum illius hic fiat mentio, non plane ab re erit notare, fato suo functum esse anno MCCCLXVI. Sic enim necrologium* FF. Prædicatorum *Moguntiæ;* MCCCLXVI † Henricus zum Iungen, antiq. Scultet. in Oppenheim, & iacet in medio chori.

fœdus cum Ernesto Brūsuicensi init.

6) Dissidio sic composito, diebus ipse sequentibus fœdus pepigit cum *Ernesto*, Duce Brunsuicensi, *Alberti* filio. Iniit autem id ad tres annos, ac spopondit, se ei, quotiescunque opus esset, viginti galeatos, & viginti lanceis instructos missurum auxilio, quorum vti posset opera circumcirca castrum *Vredelant* ad quartum & decimum vsque milliare (*von dem Hufe* Vredelant 14 *myle vvegis allumb, vvar er vvill vnd er bedarf*) Litteris id consignatum Eltvillæ feria quarta post Pentecosten.

Duderstadēsibus peculiare indulget priuilegium

7) Post Duderstadensibus insigne indulsit priuilegium. Quippe litteris die S. Margaretæ Virginis perscriptis, iis promisit, se nec ecclesiam oppidi parochialem vlli Ordini incorporaturum siue contributurum, nec concessurum, vt vllum ibi vel intra mœnia, vel extra eadem extruatur monasterium.

tertiā partem oppidi huius emit.

8) Ineunte vero Septembri tertiam huius ipsius oppidi partem cum omnibus iuribus, prouentibus, clientelis, & id genus aliis a *Vilhelmo*, Duce Brunsuicensi, emptam comparauit Archiepiscopatui. Loquuntur id tabulæ, queis *Vilhelmus* die dominica proxima ante festum natiuitatis Mariæ venditionem hanc complexus est, ciuibusque simul mandauit, vt *huldam faciant Archiepiscopo pro parte sua*, id est, tertiæ huius ratione sacramentum ei dicant; quod illi etiam dixere, *Hen-*

rico de *Hartenberg* & *Heidenrico* de *Elckershusen* Gerlaci nomine id excipientibus.

Vormatiensi Adiutorem dat.

9) Et quum iisdem diebus Pontifex *Innocentius VI* necessarium iudicasset, *Salmanno*, Vormatiensi Episcopo, & senio & corporis infirmitate laboranti, Adiutorem dari, Gerlaco litteris Avenioni X Kal. Nouembr. Pontificatus anno sexto, delegauit, vt eidem ad pontificii muneris procurationem virum idoneum adiungeret, *citra tamen futuram successionem*, secundum regulam a Gregorio M. præscriptam. Epistolam ipsam vide apud *Baluzium* append. ad Lupum Seruatum XIV p. m. 537 & seq.

oppidū Ballenberg emit

10) Anno sequenti MCCCLIX possessiones Sedis Moguntinensis accessione oppidi *Ballenberg* singulari auxit fide. Coemit autem id a Comitibus Eberstheiniis, *Poppone*, & *Ioanne* Canonico Moguntino, pretio quidem MLX florenorum aureorum. Tabularum datum est proxima Mercurii post Hypapanten (*nach dem Zuvölften, den man nent den Obirsten*)

Martinstein exædificandi dat licentiam.

11) Inde Consiliario suo *Antelmanno* de *Grasevvege*, Equiti *, potestatem fecit, castrum *Martinstein*, quod in Hunnorum tractu siue dorso (vulgo *Hunsrück*) situm est, exædificandi; constitutis ad sumtum operi impendendum M florenis aureis; pro quibus & DCCC aliis, quos iam expenderat Antelmannus, eidem die Gertrudi festo castrum ipsum pignori opposuit.

* *Notes, quod is postea factus fuerit Burggrauius Beckelnheimensis. In coniugio habuisse* Catharinam, Comitem *de* Homburg, *patebit ex iis, quæ infra dicam ad an. MCCCLXIII. De cetero in magna apud Gerlacum & Adolfum I & gratia fuit & auctoritate.*

castrum Vilmar expugnat & euertit.

12) Non longe post vna cum Treuirensi, Colonienſi, Principibusque aliis castrum *Vilmar* obsedit, expugnauit, euertit. Diserte hic *Miscella* manuscr. de quibus iam sæpius; *Eodem tempore* (anno MCCCLIX) *circa festum Pentecostes, omnes Principes VVederabiæ, Rheni, & alii plures, scilicet* Dominus Moguntinus, *Colonienſis, Treuirenſis, Landgrauius Hassiæ, Abbas Fuldenſis, ciuitatesque ad Imperium Romanum pertinentes, in eisdem partibus sitæ, & alii Comites & Domini prouinciarum in his partibus morantes, obsederunt castrum cum ciuitate* Vilmar, *propter violatam regiam, quam Carolus Rex Romanorum eo tempore constituerat, a Domino* Philippo *de* Ysenburg, *& suis complicibus, cuius tale castrum erat, & subuerterunt castrum cum ciuitate infra quinque ebedomadas, ita quod lapis non remansit super lapidem.*

parthenonis

13) Dein ad curas conuersus ecclesiasticas, sanctimoniales in Rhingauia *Aulenhausenses* ad priscum integritatis vsum, frugemque meliorem reuocauit. Dissidebant eæ inter se, euagabantur sine venia, diuina officia haud debite obibant; & quo liberius, quicquid liberet, agere possent, negotium Rectricis eligendæ in longiorem diem semper differebant. Litteris itaque pridie diei memoriæ D. Laurentii dicatæ perscriptis iusta eas incessit obiurgatione, mandauitque, vt intra quatuordecim dies in suffragia euntes Moderatricem eligerent, ædificia, quæ intra claustri fines ausu proprio excitauerant, diruerent, & ad vitæ incorruptæ officia omni se componerent studio.

Aulenhusenses statum emendat.

14) Ceterum hoc anno, Caroli iussu mandatoque, cum Collegis Septemuiris coiit. Cuius rei siue negotii ergo conuenerint, haud inuenio annotatum. Baccharaci tamen congressos esse, satis testatum faciunt litteræ, quas conuentu peracto dedit ad Cæsarem. In lucem prolatas inserui codici Diplomatico.

cum Septemuiris coit.

15) Post paullo intelligens, illius ad aures delatum esse, ac si de eo, Pontificis conniuentia, exauctorando, & Ludouico Hungariæ Rege fastigio Imperiali imponendo, miscuerit consilia, ne obtrectatio locum inueniret, omni allaborauit cura. Scriptis enim ad Carolum litteris testatus est, totum esse ex vano rumorem illum, & ab omni procul remotum ratione. Aliis ab Ludouico Hungaro petiit, cum probe norit ipse, huius rei se falso deferri, velit insonti perhibere testimonium. Aliis ex Rudolfo, Austriæ Duce, qui id Cæsari attulerat, quærit, quo auctore id habeat. Singulas dedi in codice, quem sæpius iam dixi, Diplomatico.

falso differtur rumore.

16) Tandem, vt paci consuleret publicæ, hoc etiam anno, Caroli Imperatoris iussu, cum vicinis egit de fœdere. In id vero ad tres annos, nomine tituloque *eines Landfriedens*, coiuere, ipse, *Vlricus*, Dominus de Hanau, Præfectus tum Imperialis Wetteraniæ, & Ciuitates Imperii, *Francofurtum, Fridberga, VVetzflaria*, & *Geilenhusa*. Modus certis comprehensus capitibus. Vnum erat, de securitate cuiuis iter facienti in viis publicis præstanda. Alterum, de numero copiarum ab vnoquoque fœderatorum hanc in rem conscribendo iuxta alendoque. Tertium de iudicio, cautis, quæ pacem hanc publicam spectarent, cognoscendis instituendo. Vltimum (reliqua enim prætereo) de terminis ac finibus, quos intra securitati prospiciendum publicæ &c. Quæ si curatius nosse cupis, codicem adi Diplomaticum.

cum vicinis de pace publica fœdus init.

IV. Quia vero magnopere superiorum temporum dissensio, sacrorumque cessatio, Moguntinam ecclesiasticorum disciplinam ac mores labefecerat, habuit anno Domini MCCCLIX Carolus Imperator Moguntiæ colloquium cum Moguntino Archiepiscopo, Treuirensi, & Colonienſi, itemque cum Saxoniæ, Bauariæque Ducibus. Aderat etiam missus ab Innocentio VI Legatus, Episcopus Caluacensis, seu, vt habet MS. Cauallicensis. quem vt cleri moribus reformandis potius, quam colligendis pecuniis operam daret, monuit Imperator. Vt vero reformationis aliquod ipsemet Imperator daret specimen, vidit forte astantem inter alios quendam metropolitani Collegii Canonicum, Cunonem illum Comitem

Paralipom. Vrspergens. f. 384. (Ser.)

Edit. I pag. 659

mitem Falckensteinium, de quo in Henrico III supra. Erat autem is veste, (quam vocat volum. III generatione XLVI *Nauclerus*, & Paralipomena *Vrspergensis capitium*, MSL. *penulam*) indutus, quæ quoad materiam quidem erat pretiosior, quoad formam vero sæcularior ac militarior, quam ecclesiasticum deceret. *Cui* (e citato iam *Nauclero* nunc eloquor) *Imperator: Præsta mihi capitium tuum, & deposito suo capitio, Imperator induebat capitium Cunonis, suumque vilius Cunoni dedit, dicens Principibus: An non in capitio Cunonis, similis sum plus militi quam clerico? deinde restituit capitium Cunoni, vertitque se ad Gerlacum Archiepiscopum Moguntinum, & ait: Domine Archiepiscope, vobis præcipimus sub ea fidelitate, qua nobis adstringimini, quatenus reformetis clerum vestrum, vt abusum in vestibus, calceis, capillis, ac vitæ vsu tollant. Quod si non fecerint, mandetis fructus beneficiorum suorum occupari, & fisco nostro præsentari, quos, cum voluntate Papæ, in honestos conuertemus vsus.* Ita loquutus est, auctore illo narrante, Imperator. Cuius sane præclara monitio apud hominem minime stupidum, & ingenio alioqui liberali ac sapienti præstantem, tantum valuit, vt Archiepiscopus postea Treuerensis, Administratorque Colonienſis magna cum prudentiæ laude fuerit, ideoque & ad ipsum postea Moguntinum Archiepiscopum postulatus.

Amenebur-gensem in Collegium Canonicorũ mutat.

1) Anno secuto (MCCCLX) parochialem *Amenеburgensem*, de qua auctor § VI sequenti, extulit in Canonicorum collegium, & inter alia bonis parochialium *Minneburgensis*, *Aldendorfensis*, *Glenensis*, *Elmirsdorfensis*, *Kullisheimensis*, *Habrachtishusensis* & *Orbensis* (saluis tamen illorum salariis, qui vicaria eas curarent opera) dotis loco egregie instruxit. Id vero hoc factum anno, non autem sequenti LXI, docent litteræ, die VII Martii an. hoc MCCCLX hunc in finem datæ, quas in codice Diplomatico legere est.

Canon. metropol. parochialẽ Diepurgensem attribuit.

2) Eo tempore Decano, Canonicis, & Vicariis ad ædem D. Martini siue maiorem, parochialem oppidi *Diepurg*, eum omnis accessione prouentus, donauit ac in perpetuum attribuit. Tabulæ, quas tum hac de re edidit, habentur l. d. fiseque exponunt, quo fine eis hanc fecerit gratiam.

de Isenburgio coercendo mandatum accipit

3) His vero aliisque cum ecclesiarum dignitati commodisque consuleret, *Philippus Isenburgius*, ob castrum Vilmarienſe euersum plenus minarum iræque, quatuor e regno Bohemiæ, qui negotiandi caussa in Wetterauiæ agebant tractu, manus iniecit violentas. Quo cum Cæsari quam maxima oborta esset indignatio, Gerlacum, litteris Pragæ ipsa D. Nicolai memoria scriptis, monuit, cum sociis fœderi nupero adscriptis curaret, vt captiui quamprimum e custodia dimittantur. Sin, suis se tam interdicturum, ne amplius eo iter flectant, quam mandaturum, vt hominis persequantur iniurias, ac par pari referant. De cetero in id incumbendum, vt *Philippi* infringantur libidines. Tantos enim illum sibi spiritus sumere, vt ferendus haud videatur. Inuenies eas in codice Diplomatico.

Canon. metropol. nouum confert beneficium.

4) Quam benenola in ædis metropolitanæ Canonicos & Vicarios non ita pridem fuerit voluntate, dictum. Præter illam vero, quam iis iam fecerat gratiam, sub finem anni eisdem ius patronatus parochialium *Solzheimensis* & *VVerstadensis*, quod *Philippus* de *Bolandia*, *Mena*, vxor eius, & *Conradus* frater, rite ipsis ac liberaliter contulerant, peculiari confirmauit diplomate. Datum id feria tertia proxima post festum B. Nicolai Episcopi, vt in codice Diplomatico, cui id intexui, videas.

V Anno MCCCLX *multas*, inquit *Trithemius*, *in Bohemia Imperator de nouo fundauit ecclesias, fundatasque tam a se quam ab antecessoribus suis, reliquiis, ornatibus, picturis, clenodiis, & variis donationibus magnifice honorauit. Aulam villæ Ingelheim, non longe a Moguntia & Rheno, quam Carolus Imperator Magnus pro castro residentiæ maiestatis suæ cis-Rhenanæ quondam habuit, in quo & natus, & gladium ab angelo contra Saracenos pugnaturus (qui Norimbergæ annue ostenditur) accepisse cælitus missum, incolarum fide creditur, in monasterium Canonicorum regulæ S. Augustini commutauit, statuens, neminem in eo ad religionem suscipiendum, nisi in Bohemia natum: quod ita hactenus seruatur, vsque in præsentem diem, per annos non minus centum quadraginta quatuor. Subiecit autem ipsum cœnobium Abbati monasterii S. Caroli, in Praga pro tempore existenti, ad quem eius visitatio debeat pertinere. Festum quoque lanceæ, clavorum, & coronæ Domini nostri IESV CHRISTI, feria sexta post octauas Paschæ singulis annis, per vniuersum orbem Christianum, celebrandum, impetrauit a Papa cum magnis indulgentiis, gratiis, & remissionibus peccatorum.*

de aula Ingelheimensi in monaste-rium muta-ta.

Mutauit quidem Carolus IV *aulam Ingelheimensem* in monasterium Canonicorum regulæ *S. Augustini*, dicauitque istud honori *DD. Caroli & VVenceslai (by nahmen* S. Karols *vnd* S. Wenzeslaus, *in der ere vvir daſſelbe Closter geſtift haben*, vt verba ipsius habent)

Verum non hoc demum anno, sed MCCCLIV iamiam, vt in designatione quadam monasteriorum quorundam ad vsus profanos redactorum habetur. Saltim anno hoc LIV, tabulis Lucemburgi Saturni post dominicam *Innocauit* confectis, id quinquaginta medimnis siliginis, Nersteinii de tribus curiis Imperialibus colligendis (*aus den 3 Höfen zu Nerstein, die da zu dem Romischen Rich gehoret han*) instruxit affecitque; biennio post vero, tabulis Sulzbaci Mercurii post D. Dionysii sollemne editis, agris in tractu superioris & inferioris Ingelhemii sitis, vulgo dictis *Königs-grund*, agris itidem in silua regali (*vf dem Königsvvald*) & tribus libris Halensibus de vectigalibus fori, quod Ober- & Nider-Ingelhemii erat, vinarii; vt tabulis in codice Diplomatico allatis comprehensum. Ceterum *Trithemius*, quæ hoc § auctor adduxit, habet in Sponheimensi p. 327, Hirsaugiensi p. 243. Edit. I p. 859

VI Posteaquam vero de Amœneburgo, quæ lib. III notatione XXVII notaui, scripsissem, contigit illuc me proficisci. & aduerti locum illum omnino esse, cuius in S. Bonifacii vita mentio; viderique S. Michaelis ecclesiam ibi olim fuisse, quam monachi, a quibus monachorum adhuc hortus ibi quidam, cum parochiali cura tenuerint. Sed hanc a Gerlaco isto Archiepiscopo in S. Ioan. Baptistæ Canonicorum Collegium mutatam, anno CHRISTI Saluatoris MCCCLXI, prout in templi læuo iuxta primam aram pariete inscripti docent versus hi: *Mönchengarten.*

CILICIVM LILII dant ortum Canonicorum
Huius Collegii, Baptista Patronus eorum.
Quod pius instituit Gerlacus, & ære beauit:
Nassavv quem genuit, Moguntia pontificauit.
O Baptista veni, castri sis tutor amœni.

Wenceslaum de sacro fonte suscipit.

1) Anno alioquin, quem auctor signat, MCCCLXI, id habuit honoris, vt Norimbergæ Wenceslaum, Caroli IV filium, de salutari fonte susciperet. *Henricus Rebdorfensis* ad h. a. p. 643; *Et hinc filius baptizatus est dominica, qua cantatur*, Misericordias Domini, *quæ tunc fuit III Id. April. in parochia S. Sevvoldi in Nürnberg, Babenbergensis diœcesis, & leuatus de fonte per* Archiepiscopum Moguntinensem, *Colonien sem* &c.

Lichtenbergensi feuda in Brumat confert.

2) Inde *iura, Vasallos, & Burgenses* Archiepiscopatus *in Brumat* (quos in chronogtaphia Alsatiæ sigillatim enumeratos huc transscribere supersedeo) a Landgrauiatu Mercurii post diem S. Cruci inuentæ sacram transtulit ad *Simonem*, Dominum de Liechtenberg. Petierant enim id, *Ludouicus* senior & *Ludouicus* iunior, Comites Oetingenses & Landgrauii Alsatiæ, cum iura ista ac Beneficiarios anno MCCCLIX, Iouis ante Pauli conuersi memoriam, in dominium Sedis Moguntinæ reiicerent *. Peruenerant autem (vt id addam) illa feuda, iura, & Vasalli in Brumat ad ecclesiam Moguntinam a Laureshamensi monasterio, cui inde ab antiquo Imperatorum, aliorumque liberalitate plura in his oris beneficia tributa fuerant. *Obrechtus* prodromi rerum Alsaticarum cap. XII p. 210 & seq.

* Non ab re erit, ipsorum verba, quantum huc faciunt, afferre. *Dem Ervvurdigen Herrn* Gerlach, *entbieten vvir* Ludvvig *der Elter, vnd* Ludvvig *der Iunger, Graven zu Oetingen, Landgraven in dem Elsass vnseren . . Vvver Erberkeyt tun vvihr vviſſen, dass vvir durch rechtliche sach alle die Man vnd Manschaft vnd Lehen, die vvir han oder von vns zu Lehen gehent von den gutern, gulten, gelte oder nuzen —— in der Statt zu* Brumad —— *die vvir von vch vnd vvverem Stift zu Lehen han, han mit bedachtem mute vnd redlich effgeben, vnd geben sie auch eff — in vvver hand — vnd bitten E. E. dass ihr die egen. Lehen dem Ed-len* Symond Here zu Lichtenberg *vnd sinen Erben zu rechtem Lehen gennen vnd lihen vvollet.*

Erfurti nouam instituit Collegialem.

3) Tum ecclesiæ, quæ Erfurti nomine *Sacri fontis* appellabatur, habuit rationem. Carebat ea tum Rectore, rebusque erat maxime inclinatis, quamuis olim censu, qui octo ministris alendis sufficiebat, instructa fuisset. Quam vt ad meliorem redigeret statum, in Collegium eam clericorum sæcularium mutauit, data iis, tabulis II Non. Nouembr. signatis, potestate, in posterum suo e gremio eligendi Decanum, in choro & capitulo vnum corpus faciendi, ac de cetero omnibus ecclesiarum Collegialium iuribus fruendi, vtendique.

Riffenſteinensiis commodis consulit.

4) Post vero in Riffensteinenses insigni fuit beneuolentia. Ad preces enim illorum parochiales *Amerensem* & *Svverstettensem*, nec non sacellum *S. Danielis*, cum omnibus iuribus, prouentibusque Abbati & monasterio in perpetuum attribuit. Litteræ, rei testes, quas in codice Diplomatico exhibui, Altævillæ IV Id. Decembr. perscriptæ sunt.

pignus Adelburg Cæsari firmat.

5) Anno insequenti MCCCLXII, tempore anniuersarii Christianorum ieiunii, indicio litterarum, de quibus statim, cum Cæsare substitit Norimbergæ. Earum enim clausula est; *Datum Nuremberg, feria quinta post dominicam* Reminiscere. Iis autem non recognouit modo, Carolum Imperatorem castrum Imperii *Adelburg*, olim pro certa pecuniæ summa (*XXIV^C Schock grosser Pfennige Pragerscher Müntze*) titulo pignoris auersum, oneribus, quibus innexum erat, exsoluisse; verum etiam consensit, vt illud cum omnibus iuribus ac prouentibus tamdiu teneat, possideatque, donec ab Imperio redimatur.

bello implicatur.

6) Aestate procedente cum *Ioanne*, Comite Nassouio, *Othonis* filio, & *Ioanne*, Præpo-sito

Edit. I p. 859

sito Mulfesburgensi, bello implicitus est. Si *Fastorum Limpurgensium* scriptorem §LXXXIV p. 44 audias, multum iis intulit damni, plus daturus, ni spurcæ tempestates vel inuitum domum retraxissent. Id certum, quod post aliquot dierum inducias, mense Nouembri cum hoste pactas, inimicitias cum armis posuerit. Sunt enim nobis tabulæ, Eltvillæ die B. Cæciliæ festo signatæ, quibus profitetur, se cum Mulfesbergensi, eiusque adiutoribus in gratiam rediisse. Ipse durantibus his turbis in castro Liebenstein, quod sub ditione *Henrici Beyer* de *Liebenstein* erat, se continuit, cui ideo mox paullo cumulate reddidit officium. Hostis vero insignem auxiliatorum manum sub signis ducebat. In tabulis enim modo memoratis recensentur *Ioannes* de *Richenstein*, *Arnoldus* de *VVilmerade*, *Engelbertus* & *Gothardus* von *den Erlen*, fratres, *Mensridus* de *Brambach*, *Didericus Pastor* de *Andernach*, *VVigandus* de *Rosbach*, *Ludouicus* de *Hartenfels*, *Giselbertus* de *Verse*, *Ioannes* de *Bresbach*, *Henne* & *Fridericus* de *Musberg*, & *Anselmus* de *Arscheit*. Dissidii fons vnde profluxerit, haud licuit eruere.

quod tamen finit.

de dissidio cum Fuldēsi tollendo cogitat.

7) Hæc inter autem ei quoque contentio de quibusdam capitibus erat cum *Henrico* Abbate Fuldensi. Cui vt modus imponeretur, anno postero MCCCLXIII vterque sibi curæ habuit. Res autem delata ad arbitros; quibus tanquam præsides honorarii (*Obirmann*) dati, ex parte Gerlaci, *Vlricus* de *Cronenberg*, Vice-dominus Rhingauiæ, ex parte Henrici, *VVigandus* de *Buchenau*; adiecto hoc procedendi modo, vt feuda ad feudorum Dominos reiiciant; hereditates ad Dominos heredum; bona propria ad Iudicium, sub quo sita (*dass sie vveisen sollen die Lehen vor die Lehenherren, die Erbe vor die Erbherren, vnd das Eigen an das Gericht, da das Güt gelegen ist*) Litterarum datum est; *Aschaffenburg, feria tertia post* Reminiscere.

castri Homburg vsum sibi acquirit

8) Post paschales ferias vsum liberum castri *Homburg*, a possessoribus illius, *Arnoldo*, Comite *de* Homburg, eiusque coniuge, *Ienetta*, *Iutta* de *Homburg*, Domina *de* Berperg, *Antelmanno* de *Grasevvege*, eiusque vxore *Catharina* de *Homburg*, sibi & Archiepiscopatui Moguntino, aduersus quosuis acquisiuit, vt ex tabulis hac de re confectis habeo.

cum Ernesto Brunsuicensi fœdus init

9) Videtur, ac si iam tum animo aduersus *Albertum*, Ducem Brunsuicensem, Salzæ commorantem, cui postea bellum fecit, consurrexerit. Quippe aliquot mensibus post socios armorum contra eum sibi comparauit. Fuere ii *Ernestus*, Dux Brunsuicensis, eiusque filius *Otho*, qui de fœdere compellati, societatem ad tres annos eocum iniere, polliciti, Landgrauio Hassiæ & Marchione Misniæ exceptis, aduersus quosuis auxilium, speciatim contra *Albertum*, quem modo dixi, eiusque fratrem *Ioannem*, ac illorum auxiliarios, si forte contra eos deueniat ad hostilia. Tabulæ pactionis signatæ sunt Mercurii post diem adsumtæ Virgini Deiparæ sollemnem.

cum Hirschornio componitur.

10) Ceterum per hos dies cum *Engelharto* de *Hirschorn* adhuc implicitus erat discordia. Caussam ex sequentibus facile licet colligere. Eam vero anno sequenti, qui Christi nascentis MCCCLXIV fuit, *Philippus* de *Bickenbach*, Ordinis Teutonici per Germaniam Magister, his finiit conditionibus; Engelhartus *digitum S. Georgii* ecclesiæ Moguntinæ restituat; Abbati Schönthalensi satisfaciat; duos istos Moguntinæ ditioni subiectos colonos, quos Meckmühlii in custodiam dedisset, sine lytro dimittat liberos; & tandem de lite cum Burgensibus Starckenbergensibus Ruperti C. P. ad Rhenum stet sententia. Consignatum id tabulis Ebirbaci ad Nicrum, dominica D. Dionysii sollemnitatem præcedente.

Querelas contra Hassum Grunēbergio cognoscendas cōmittit.

11. Hæc dum fiebant, parum abfuit, quin grauem inter se simultatem contraxissent ipse, & Landgrauii Hassiæ, *Henricus* pater, & *Otho* filius. Vtrisque enim non plane nil erat, de quo quererentur. Gerlacus quidem, præterquam quod oppidum Neostadium reposceret, expostulabat, Falckenbergenses aliosque castrensium Hassiacorum ex locis ditioni Moguntinæ subiectis prædas egisse; Wolfshagenses Consulem Nuenburgensem, Bidecapenses ciuem quendam Ameneburgensem trucidasse; Landgrauios clientelas quasdam in tractu Geismariæ Moguntinenses, & Comitatui Battenbergensi contributas, emisse, se, qui feudi Dominus sit, haud requisito; in solo item iuris Moguntini, dicto Comitatui adscripto, nouum condidisse oppidum, nomine *Franckenberg*; explicato præterea vexillo, ante Frizlariam speculas Moguntinas disturbasse, patibulum, rotasque erectas excidisse. Hassus contra, Laicos dominio suo subditos citari in iudicium Moguntinense ecclesiasticum, & quæ eius generis erant alia. Longum enim esset, omnia recensere. Ne res in maiores turbas excederet, anno sequenti MCCCLXV delectus ab vtraque parte *Nicolaus Grünenbergius*, Moguntiæ ad D. Victoris Præpositus, sapiens vir, & in iudicando tum spectatus, tum cognitus, qui singula ea ex æquo bonoque decideret; quæ ille etiam & inspexit & diiudicauit, vt ex laudo Aschaffenburgi Mercurii ante Pentecosten pronuntiato patet. Speciatim, quod ad oppidum *Franckenberg* attinet, censuit; si Gerlacus testibus fide dignis probet, Landgrauios id in solo Moguntino excitasse, æquum esse, vt id demolitione sustollant (*Sprech ich* Niclas *vor ein recht*; *Bringet das min Her von Menze mit einer erbaren kuntschaft, so sollen mine Herren von Hessen yme den buvve abetun*) Quod ad speculas deiectas, furcam, rotasque excisas; Donec Landgrauii in iudicio, vt decet, euicerint, iudicium capitis, ceteraque sui esse iuris, ius fasque esse, vt Moguntinum in quieta illorum possessione relinquant (*So sprech ich vor ein recht, dass mine Heren die Landgraven sollen minen Heren von Menze vnd sinen Stift als lange an dem vnroder, dem gericht, galgen, vnd reddern, vnd vvarten vngehindert lassen sitzen, biss sie yme dieselbe stucke —— angevvinnen mit gericht, als recht ist.*)

Honſteinēſ. & Swarzburgios experitur infenſos.

12) Licet autem *Henricum*, Comitem de Hoenſtein, Dominum Sondershuſæ, *Henricum* item ac *Guntherum*, Comites de Schwarzburg, anno MCCCLIV obſequiis ſuis ac miniſteriis adieciſſet, vt vel ipſi in tabulis codici Diplomatico inſertis fatentur; quin annis inſequentibus ſemel atque iterum, dum fœdera cum aliis inibat, excepiſſet, aduerſus eos aliis ſe haud laturum auxilia; videas tamen, eos hoc temporum tractu, contra fidem datam, varias Sedi Moguntinæ (quam ſe ad dies vitæ tuituros receperant) iniurias intuliſſe. Euolue modo querelas Gerlaci l. d. allatas, & haud diffiteberis. Edit. I p. 858

VII Anno MCCCLXVI, vt eſt in *MS.* Otto filius Henrici Ducis Brunſuicenſis venditis Gerlaco Archiepiſcopo Moguntino *Duderſtat*, & aliis nonnullis, perrexit in Siciliam, & duxit vxorem Ioannam, Neapolitani Regis filiam. Vnde & ipſe factus eſt Rex Neapolitanus. Iam vero pridem antea terram illam fertilem, quæ *Eichsfeldia* proprie nominatur, emerat Moguntinus Archiepiſcopus a Comitibus de *Gleichenſtain*, prout rationalia in Moguntinis tabulariis monſtrant volumina lib. VI fol. 125.

partem oppidi Duderſtadii emit.

1) Quod anno hoc LXVI Duderſtadium ſuo ſibi, eccleſiæque Moguntinenſi ære redemerit, & alii volunt. *Botho* chron. picturati p. 383 ad h. a. *Hertoghe Otto, Hertoghen Hinriken Sone to Brunſvvick, ein Here to Embeke, vnde to dem Grubenhagen, de verkoffte dat Ecksvelt, Duderſtadt, Geveldehuſen, vnd ander Borge dem Biſchoppe to Mentze, vnde toch in VVallant in Cecilien. Engelhuſius* p. 1132; *Otto iſte vendidit in patria ſua Duderſtad, Gheveldehuſen, & cetera, quæ ibidem pater ſuus Henricus habuit, Epiſcopo Moguntino; ſed nondum pecunia numerata iuit in Italiam* &c. Putarim, hoc intelligendum de parte oppidi Duderſtadt quæ Othoni adhuc competebat.

cum Alberto Brunſuicenſi grauiter diſſentit.

2) Vtcunque vero ſe res habet, Gerlacus per eosdem dies acerrime cum *Alberto II*, Erneſti Brunſuicenſis filio, *Othonis* patruele, diſſenſit. Meminere id *Miſcella* ſupradicta ad h. a. his verbis: *Tunc* (anno LXVI) *etiam fuit magna diſſenſio inter Dominum Moguntinum, & Ducem ſon me Salze.* Is autem erat *Albertus* iſte, ita dictus, quod plerumque Salzæ (*zum Salz in Grubenhagen*) habitaret.

cum ciuitate it. Moguntina.

3) Quin, non cum eo ſolum tum temporis diſſedit, verum etiam cum ciuitate Moguntina acri contendit lite; quæ tamen in neruum haud erupit, Carolo Cæſare oborta diſſidia ad pacem amicitiamque conuertente. Sic enim eadem *Miſcella*; *Interea agebatur pernicioſus gvverrarum tumultus inter Epiſcopum Magunt. & ciuitatem Magunt. vnde multi Clericorum cum ſuis rebus a ciuitate receſſerunt. Et circa natiuitatem Mariæ Imperator venit Maguntiam, & concordauit Dominum Gerlacum Archiepiſcopum cum ciuibus Moguntinenſibus, ita quod ciues Moguntini dederunt Archiepiſcopo quindecim milia florenorum; ſed cum ſubſidio ipſius Imperatoris, qui ipſis auxilium fecit de theloneis. Et multa, quæ Archiepiſcopus a ciuibus petiit, reformata ſunt ad ſtatum debitum.* Adminiſtros, quos ad pacificandum eos Carolus Imperator adhibuit, prodit nobis transactionis formula, Francofurti Iouis poſt Aegidii conſcripta, quippe quæ ſic incipit: *VVir* Rudolf *von Gots gnaden, Herzog zu Sachſen, des Heiligen Richs Obriſter Marſchalk, VVir* Marquarde *von Gots gnaden Patriarche zu Aglay, VVir* Philipps *von* Bickenbach, *Meiſter des Dutſchen Ordens in Dutſchen Landen, VVir* Burghart *von Gots gnaden Probiſt zu VViſſerad vnd Burggrav zu Meideburg, des Kaiſers Hofmeiſter, vnd ich* Thyme *von* Kolditze, *deſſelben Kaiſers Cammermeiſter, alle funffe miteinander bekennen* &c.

Carolo Francofurti præſto eſt.

4) Carolo dein Francofurti præſto fuit. Produnt id tabulæ Imperatoriæ, Ilfeldenſium tum bono confectæ, editæque prid. Id. Sept. Teſtium enim, qui iis promulgandis affuere, ipſe primus editur. vid. *Leuckfeldius* antiquit. Ilfeldenſ. cap. IX p. 80.

cum Lucæburgenſi fœdus init.

5) Et cum per id temporis Cæſar fratrem ſuum *VVenceslaum* Imperii per Germaniam Vicarium conſtituiſſet, Gerlacus illi non modo prompte ſuum detulit obſequium, verum etiam ad dies vitæ mutui auxilii cum eo iniit fœdus. Ipſe ſpondebat, Wenceslao ſe intra menſem, a tempore, quo fuerit commonitus, auxilio miſſurum ſexaginta milites galeatos & lanceis inſtructos (*mit huben vnd glenen*) homines ſtipendiis merendis idoneos, probeque expeditos. Wenceslaus viciſſim totidem promittebat Gerlaco. Vterque tamen excepit, aduerſus quos alteri ſuppetias haud debeat; Gerlacus quidem, *Rupertum* ſeniorem, Comitem Palatinum Rheni, fratres ſuos, & *VValramum*, Comitem Sponheimenſem; Wenceslaus, *Ioannem*, Epiſcopum Leodienſem, & *Albertum*, Ducem Bauariæ, tum vero Hannoniæ, Hollandiæ, & Selandiæ *Ruvvartum*, & pacis publicæ intra Moſam & Rhenum ſeruandæ ſocios. Hæ tabulæ ſcriptæ ſunt Francofurti Mercurii poſt OO. SS. illæ, iisdem fere diebus. Titulum, quem Wenceslaus in aliis feria tertia poſt OO. SS. ſignatis ſibi circumpoſuit, hic eſt: *VVir VVenceslaus —— Herzog zu Lucenburg, zu Brabant, vnd zu Lympurg, »des Heiligen Romiſchen Richs off dyſſit Lamperſchen geburges gemeyner Vicarius«.*

Carolo adeſt Wirtzburgi.

6) Poſtero, qui orbi poſt vindicem, aſſertoremque ſalutis humano generi natum MCCCLXVII illuxit, Wirzburgi præſto rurſus fuit Cæſari, litterisque feria ſexta poſt Epiphaniam datis conſenſit, vt filio Wenceslao iure rituque fiduciario concederet *Heidingsfeld, Bernheim, Briſendorf*, & caſtrum *VVilesheim.*

cum Alberto Brun-

7) Sedenim diſſenſio, quæ ei cum *Alberto* Brunſuicenſi erat, tandem in certamen exceſſit & bel-

Suitensi bellum gerit.

& bellum. Iunxit autem se Landgrauio Thuringiæ, aliisque, & terram ipsius inuasit. Breuibus id narrant, quæ sæpius iam adduxi, Σύμμικτα; *Anno MCCCLXVII in Iunio facta est in Alamania per Dominum Marggrauium Thuringiæ, Episcopum Maguntinum, & plures alios grauis guerra inter Ducem zum Salze de Brunsvvig. Tandem inito pacto munitiones expugnatas idem Dux in feudum suscepit a Domino Moguntino, & sic recesserunt ab eo.*

de controuersia tum Hasso finienda cogitat.

8) Bello hoc perpetrato, *Hermannus* senior, Landgrauius Hassiæ, & *Ioannes*, Comes Nassouius, huc curas vertebant, vt omnem dissidiorum fomitem ipsum inter & Henricum Landgrauium penitus extinguerent. Quod cum vtrique acceptum esset, delecti omnis controuersiæ finiendæ arbitri, *Ioannes*, quem modo dixi, Comes Nassouiæ, Gerlaci frater, *Henricus* de *Hartenberg*, *Stephanus* de *Schartenberg*, *Bernhardus* de *Dalvvig*, senior, Miles, & *Arnoldus* de *Berlepsch*. Additum, se eorum sententia staturos. Clausula ita habet; *Datum VVerkil feria quinta post Egidii*, 1367.

9) Mox paullo ad tranquillitatem, pacemque publicam firmandam intentus fuit fœderibus. Vnum die Iouis post diem assumtæ B. V. festum pepigit cum *Carolo IV* & *Alberto* Antistite Herbipolensi. *Frisius* chronici Wirtzburgens. p. 646. Alterum, Iouis post Lucæ Euangelistæ memoriam Pfaltzgreuensteinii cum *Cunone*, Archiepiscopo Treuirensi, & Comitibus Palatinis ad Rhenum, *Ruperto* seniore, & *Ruperto* iuniore, & quidem ad duos annos. *duo init fœdera.*

VIII Fulminata est anno MCCCLXVII B. Virginis ad gradus turris. Anno MCCCLXVIII maxima, vt rerum diuinarum, ita & corporearum escarum fames fuit, adeo vt liberos duos complexa sese in Rhenum dederit præcipitem muliercula, vt ait MSL *.

* 1) Ita quidem *Latomus* in catalogo. *Trithemius* vero chron. Hirsaug. p. 250 famem istam ad. an. LXV refert, quod etiam facit *Brouverus* annal. Treuirens. lib. XVIII § XVII p. 239.

nouos nummos cudi curat.

2) Ceteroquin anno hoc MCCCLXVIII nummos argenteos, maioris minorisque formæ, communem & quotidianum in vsum signari curauit, conductis, qui Diepurgi eos starent, *Hensselino* & *Hensselino* Argentoratensibus. Fusius id exponunt tabulæ, Aschaffenburgi dominica *Quasimodogeniti* hac de re confectæ, quas habes in codice Diplomatico.

IX Sed tandem coaluit magna inter P. S. Q. M. & Clerum concordia, cum apud Vrbanum V Pontificem hic de ecclesiastica libertate a Moguntinis violata questus fuisset sub annum MCCCLXIV, longaque stetisset a sacris mysteriis abstentio, cui nunc finis factus, adlaborante potissimum Lamberto Spirensi, Ioanneque Wormatiensi Episcopis, Ruperto Palatino, & Walramo Sponheimensi Comite.

1) Ita etiam, & quidem vberius paullo *Trithemius* chron. Hirsaug. ad an. MCCCLXIV p. 250; *Eodem anno facta est dissensio grauis inter Gerlacum Archiepiscopum & Ciues Moguntinenses, propter defensionem priuilegiorum & libertatem Cleri, ciuibus concessa infringere, Clero autem cum Archiepiscopo indulta manutenere & defensare conantibus. Creuit cum tempore liuor, & in odium caussa mutatur in tantum, quod Clerus maiore ex parte, relicta ciuitate, ad alia se loca transtulit. Citantur ad Romanum Pontificem ciues, monenturque, vt sine mora compareant, & caussa longum excussa, tandem excommunicantur. Postremo Lambertus Episcopus VVormatiensis, Rupertus Palatinus Comes Rheni, Bauariæ Dux, & VValramus, Comes in Spanheim, vt vicini & partium amici, rogati nihilominus a Moguntinis, suas interposuere vices, & pacem inter Archiepiscopum & ciues reformarunt. Concordia reformata, ciues ab excommunicatione absoluuntur.* Forte tamen haud aberrauero, si dixerim, vtrumque de simultate illa intelligendum, de qua supra dixi.

cum Herbipolensi dissidet.

2) Sub id tempus cum *Alberto*, Antistite Herbipolensi, quocum anno MCCCLXVII fœdus icerat, tam grauiter de iudicio Ducatus Franconiæ prouinciali, aliquot itidem cœnobiis contendit, vt res ad manus veniisset, nisi mature interessisset Carolus, & anno MCCCLXX, die XVII Septembris Heidingsfeldi, *Ruperto* Electore Palatino, *Ioanne* Episcopo Pragensi, *Ludouico* Bambergensi, *Lamberto* Spirensi, *Alberto* Saxone, *Friderico* Marchione Misnensi, *Friderico* Burggrauio Norimbergensi, *Ioanne*, Comite Nassouio, & *Philippo*, Ordinis Teutonici Magistro, præsentibus, in pristinam eos concordiam, dato ad dirimendas inter vtrumque lites arbitro *Eberhardo* Comite Wertheimensi, reduxisset. *Frisius* l. d. *Hofmannus* annal. Bambergens. lib. IV § CLIII p. 207.

Moritur.

3) Tandem anno MCCCLXXI fortiori medicamento, ex empirici cuiusdam præscripto, vsus animam efflauit. Circumstantiam hanc, quam ceteri prætereunt, nobis narrant *Miscella* aliquoties iam laudata: Gerlacus *cum esset calculosus, nullius Medici spreuit medicinam, sed omnium expertus fuit artem. Tandem quidam Physicus Gallus dedit sibi quoddam laxatiuum tam forte, vt etiam lubricitas viscerum recederet ab eo, & sic circa aliquot dies exanimis iacebat, donec morieba-tur. & idem Physicus in Mogano fuit præfocatus. Hic Gerlacus fuit filius Comitis Gerlaci de Nassavv, & erat mitis, & benignus, tantaque fuit clementia, vt a suis Consiliariis regeretur sicut puer a suo rectore.*

4) Di-

4) Dictum, anno MCCCLXXI ipsum obiisse. Quod cum ex epitaphio ei posito clare pateſcat, auctor recte notauit MS. qui anno MCCCLXX mortuum vult; nos vero occasione hac simul *Langium* & *Trithemium*, qui idem dicunt; *ille* in chron. Citizensi p. 841, *iste*, in Hirsaugiensi p. 257, Sponheimensi p. 331. Edit. I p. 858

Sepelitur Erbaci.

X In Eberbacensi Ringauiæ cœnobio est operosum huius e lapide sepulchrum, in quo morbus & mors, qua extinctus, notantur sic: *Sub anno natiuitatis Domini MCCCLXXI* (in MS. mendose MCCCLXX) *die XII mensis Februarii, in castro Aschaffenburg, Reuerendus in Christo Pater, Dominus Gerlacus de Nassau, ex regali prosapia ortus, Archiepiscopus Moguntinus felicis recordationis, & deuotus Mariæ Virginis gloriosæ Capellanus tumbatus; propter acerbitatem doloris inexpressibilis & passionis intolerabiliter, afflictione duorum videlicet lapidum oculatim hic positorum, in ipsius vesica per anatomiam repertorum, causati, diem suum clausit extremum. Cuius anima requiescat in pace, per sæcula infinita. Pro quo omnes & singuli hos lapides intuentes, humili corde & flexis poplitibus depromant, requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Amen.*

1) Sane, haud tumulatus est Moguntiæ in ædium maxima, vt *Trithemius* in Hirsaugiensi l. d. tradit, sed Eberbaci, vt auctor recte notauit. & quidem in choro templi, sepulcro operoso, sub lapide editiore, solo olim imposito; qui, cum illud an. MDCCVII exaltaretur, vt augustiorem ædes formam acciperet, parieti ad dextram (si versus nauem te conuertis) insertus fuit, & nunc erectus stat. Insculptus ei Gerlacus, Archiepiscopali cum ornatu, & hac circumcirca epigraphe: *Anno Domini M. CCC. LXXI. pridie Idus Febr. obiit Reuerendus in Christo Pater, Dominus Gerlacus de Nassau, quondam Archiepiscopus Moguntinus. Cuius anima requiescat in pace.*

2) Verba vero, quæ auctor affert, lapidi haud inciſa sunt, sed tabellæ cuidam ad lapides istos duos illic positos appensæ inscripta fuere. de qua tabella e *chronico Eberbacensi manuscr.* sequentia excerpsi; *Retro non procul a capite scriniolum lapidi inciſum, & craticula ferrea clausum; in quo duo lapides post mortem dicti Principis ex vesica exsecti habiti, custoditique fuere. Sed ablatos non vidi. Ad istos hac tabula membranacea appensa cum talibus verbis videtur:* »Nota, quod sub anno natiuitatis Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo, die XII mensis Februar. in castro Aschaffenburg Reuerendus in Christo Pater, Dominus Gerlacus de Nassau, ex regali prosapia ortus, Archiepiscopus Moguntinus, *felix*, *religiosus* & deuotus Mariæ Virginis gloriosæ Capellanus, *hic* tumbatus, propter acerbitatem doloris inexpressibilis & passionis *intolerabilis* afflictione duorum videlicet lapidum oculatim hic positorum *&c.* Hæc ibi; quibus addo, scriniolum istud in muro, vna cum craticula perfracta, etiamnum conspici.

3) Qua animi fuerit lenitate, qua itidem clementia, non est, quod repetam. Consiliarii autem, quibus se totum dedisse audiuimus, fuere *Nicolaus* de *Grünenberg*, Præpositus ad D. Victoris, qui ei alicubi dicitur *Vnſer heimelicher Rade*, Niclas, *Probiſt zu S. Victor*, it. *Vnſer lieber Hemelicher*. Eoque anno MCCCLXV fatis functo, *Vlricus* Rufus de *Cronenberg*, Miles, Vicedominus Rhingauiæ; de quibus *Miscella* dicta l. d.

IOANNES I.

I

Dicit *MS.* post Gerlaci obitum, fuisse a Moguntinis postulatum, de quo in Henrico, & Gerlaco supra, *Cunonem Falckenſteinium*, Treuirensem eo tempore Archiepiscopum: sed suo is Treuirico grege contentus, recusauit. Cõmes Nassouius, qui postea Spirensis Episcopus, & ex Episcopo Archiepiscopus Moguntinus, Adolphus electus deinde fuit. At electionem istam impediit apud Pontificem Gregorium XI Carolus Imperator: effecitque, vt fratris sui Venceslai filius Ioannes deligeretur, cui anno MCCCLXVI commissa fuerat ab Vrbano V Argentinensis ecclesia, eamque ad hunc vsque suum Archiepiscopalem annum MCCCLXXI *pie & honeste*, vt ait *Bruschius*, *rexerat.*

Gerlaco mortuo ſuffragiis in diuerſum abiere Canonici.

1) Ita quoque *Trithemius* in chronico Hirsaugiensi p. 257 & seq. Sponheimensi p. 331. Longe aliter *Miscella*, quæ in Gerlaco sæpius exscripsi, *Moguntina* mscr. *In diebus illis erat quidam Decanus Moguntinus de natione Bauarorum Bopardienſium. Hic aſſumptis quibusdam de minori parte Capituli Maguntini, fecit perniciosam discordiam, eligendo quendam* Adolfum, *filium* Adolfi, *fratris* Gerlaci, *Archiepiscopi prædefuncti* de Nassaw, *puerum videlicet octodecennem, nondum moribus, obedientia tamen imbutum. Promiſſis & muneribus, vt dicitur, prædicti electores ſubornati. Maior autem & ſanior pars elegerunt ſeu poſtularunt* Cunonem *de* Falckenstein, *Archiepiscopum Treuirenſem.*

Nec